BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

MVSICI SCRIPTORES GRAECI

ARISTOTELES EVCLIDES NICOMACHVS BACCHIVS GAVDENTIVS ALYPIVS

ET MELODIARVM VETERVM QVIDQVID EXSTAT

RECOGNOVIT PROOEMIIS ET INDICE INSTRVXIT

CARL JAN

ANNEXAE SVNT DVAE TABVLAE

EDITIO STEREOTYPA
EDITIONIS PRIMAE (MDCCCXCV)



STVTGARDIAE ET LIPSIAE
IN AEDIBVS B.G.TEVBNERI MCMXCV

Die Deutsche Bibliothek — CIP-Einheitsaufnahme

Musici scriptores Graeci :
Aristoteles, Euclides, Nicomachus, Bacchius, Gaudentius,
Alypius et melodiarum veterum quidquid exstat /
recogn. prooemiis et indice instruxit Carl Jan. — [Nachdr.]. —
Stutgardiae ; Lipsiae : Teubner.
(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)
NE: Jan, Carl von [Hrsg.]; Aristoteles

[Nachdr.] [Hauptbd.]. —
Ed. stereotypa ed. 1 (1895). — 1995
ISBN 3-519-01776-8

Printed in Germany
Druck: Druckhaus Köthen GmbH
Buchbinderei: Verlagsbuchbinderei D. Mikolai, Berlin

GUILELMO STUDEMUND

SACRUM.

PRAEFATIO.

Musicae artis doctrinas Graecas, quas Meibomius anno 1652 ediderat redigendas esse ad meliorum codicum fidem quamquam multi diu iactabant, adversissimis tamen rebus factum est, ut ad hunc diem iacerent neglectae. Ioannes Franz quidem, qui de inscriptionibus Graecis edendis bene meritus est, multa ad musicos restituendos comparaverat, ab anno 1833 ad 1839 Romae versatus multos codices vel excusserat vel transscripserat, textus etiam libellorum constituendos susceperat magnasque operis partes absolverat, sed — sive incepto ipse destitit, sive deficiebant bibliopolae, — praeter exiguum laboris specimen, de musicis Graecis commentationem (Berolini 1840), nihil e scriniis prodidit. nec tamen spernenda est huius viri cura, quippe qui plurima ad verbum e codicibus transcripserit et codicis cuiusdam eas partes contulerit, quae a ceteris neglectae ad veras lectiones constituendas valent plurimum (W). hoc mortuo (1851) Poetko Grimensis apparatum congestum emisse doctrinasque editurus fuisse dicitur, locos etiam nonnullos e Fabrici bibliotheca exscripsit, in publicum ille nihil edidit. iam monente Ritschelio ad musicos publicandos se accinxit Fran-

ciscus Buecheler. e variis hic Germaniae codicibus lectiones contulerat vel conferendas iusserat, Aristoxeni artem harmonicam restituere coeperat, cum materiae ariditatem pertaesus reliquit. hoc ita se habere cum a Froehnero quondam Lutetiae comperissem, ego musicae artis non minus studiosus quam litterarum Graecarum amicus a Buechelero petivi et impetravi, ut quidquid ad hos libros edendos comparatum esset mihi cederet. summa tum industria haec artis praecepta legi et relegi, nec examinum subeundorum terroribus nec scholarum habendarum muneribus inde sevocatus sum. iam Aristoxeni textum et lectiones conscribebam, cum opus a Marquardo Berolinensi confectum esse audio. quo nuntio accepto Aristoxenum ego, nec tamen musicos deserui, immo cum viris similia cogitantibus societatem operum inii. Hermann Deiters enim editurus erat Aristidem; Paulus Marquard confecto Aristoxeno (qui in publicum prodiit a. 1868) curaturus erat Theonem et Nicomachum, ego introductioni me dedidi quam olim ferebant esse Euclidis, qua absoluta reliquas illas doctrinas suscipere volebam. fautor validissimus societati affuit Guil. Studemund, qui ut Marquardum in edendo Aristoxeno iuverat, ita nobis et collationum copia et consilii auctoritate se affuturum pollicitus est. sed nulli nostrum contigit, ut quod sperabat continuo perficeret. Marquard enim morbo gravissimo vexatus et in calidiora loca profectus Messinae diem supremum obiit, Deiters et scholae moderandae negotiis et Beethoveni vita describenda distinebatur, ego Cleonidis quam dico introductionem absolutam Studemundo proposui, ut iudicaret; qui cum

plagulas typis impressas legere mallet quam quae currente penna conceperam, respondere cunctabatur, ut ad alia studia me converterim. edita est Theonis expositio 1878 per Hillerum, in publico apparuit Aristidis ars 1882 auctore A. Jahnio, — Nicomachi Euclidisque doctrinas musicas nemo recognovit, ut qui has particulas emere volebant, tanquam Sibyllae peterent libros, universo solvendo pretio exiguas sibi pararent reliquias.

Anno autem 1880 Studemund canonis divisiones aliquas Florentiae inventas discipulo cuidam mandavit edendas permisitque ut inspicerem, et cum novam ego viam interpretandi proposuissem, hanc probandam esse intellexit. inde vir sagacissimus consiliorum meorum exstitit actor et moderator impigerrimus. nam quidquid lectionum aut ipse aut Marquard ex Italia vel aliis bibliothecis enotaverat, summa liberalitate mihi commodavit, nec tempori ille nec labori pepercit, quin ad textus restituendos sua ipse sollertia me imbueret. hunc egregium virum nobis morte ereptum esse nec opere absoluto mecum posse gaudere pio animo conqueror. atque aliorum etiam virorum beneficiis in perficiendo opere adiutus sum. nam quod Marciani patris et Vaticani filii lectiones non raro discordabant, iterum conferendus videbatur codex Marc. VI 3; qui tamen regno Italorum et bibliothecis praeerant, publice rogati recusabant, ne codicem Argentoratum mitterent. ex his angustiis expeditus sum comitate Albrechti, qui vir clarissimus ab Alsatiae gubernatore stipendium petivit, quo sublevatus codices Italos perscrutarer. ita superiorum liberalitate mihi contigit, ut Marquardi

codicem penitus exhaurirem, hymnorum archetypum V invenirem, lectionum vulgatarum auctorem U cognoscerem atque Milani Bononiae Mutinae, numquid exstaret ad consilia mea utile, perquirere possem. dein postquam propter Θεοδώρῳ illud (Bacch. 101, 8) codicem Mersenni Lutetiae pertractavi et essentne alii libri musicis utiles paucis Pentecostes diebus circumspectavi, huius editionis prodromon publicavi Bacchii artem in annali programmate lycei Argentinensis 1890. ne tamen neglegerentur Neapolitani codices, quorum locos satis speciosos prodiderant Bellermann et Studemund, hanc quoque bibliothecam adeundam existimavi, atque eorundem superiorum beneficio et liberalitate iterum adiutus in Italiam abii, Borbonici codices quantum ad hos musicos et Ptolemaeum curandos valerent, Neapoli perquisivi, fragmenti rhythmici Parisini socium Italicum inveni, Barberinos etiam codices Romae lustravi, e Vaticano id quod opus erat conciliante Peterseno impetravi ut Mau excuteret (a. 1891). piae hic gratiae mihi prontendae sunt omnibus iis qui in Italia Gallia Germania codicum partes vel locos mihi examinaverunt et qui bibliothecis praefecti opera et liberalitate me adiuverunt, imprimis Soranzo Veneto Comiti comissimo, qui quidquid desiderabam celerrime expedivit et tabulam II photographi opera conficiendam curavit. nec unquam obliviscar Deitersium quae e Monachii codicibus exscripserat summa liberalitate mihi commodasse, Ruellium autem excutiendo Parisino 2532 quae de Bacchii codicibus statueram confirmasse et comprobasse.

Comparata autem codicum et lectionum materia ipsi textus musicorum recensendi erant. sed scriptorum

multitudine codicumque copia opus tardabatur nec celeri cursu ad finem pervenire potui. nam suscipienda erant doctrinae metricae studia, ut Bacchium recte interpretarer, tractanda erat astronomia, ne in Neapolitanis illis fallerer. diu opus morabantur Peripateticorum difficilia problemata in musicae Graecae fontibus minime neglegenda; his autem pervestigandis ad ipsum Aristotelem adductus sum, nec puto aegre feres quod quae hic de arte illa cogitavisset colligenda suscepi. prooemiorum autem longitudines si improbas, venditorem quaeso vitupera, qui ut oculis tuis parceret, quae minoribus litteris in paucas paginas comprimere poterat, benevolo animo in hanc amplitudinem distraxit. quod autem huius artis codices omnes enumerare conatus sum, magnum hoc fuit moliri nec universos me complexurum sperabam; sed ad posterorum utilitatem iacienda diffusi operis fundamenta aliqua videbantur et quasi loculi quidam instituendi, ut quod quisque ubique neglectum invenisset huc conferret. (qua in re facienda quaero, ut qui Ptolemaei vel Porphyri codicem describat, ne exitum notare omittat.) atque in hac operis parte egregie me adiutum esse Brunonis Keili scientia et humanitate grato animo profiteor.

Exeant iam in publicum musici diu oblitterati, ac videant homines docti, numquid mea opera valeat, iudicentque rectene fecerim, quod ubi possem codicum auctoritatem tuendam putarem, ubi non possem, ut in Euclidis protasi 18, proprio iudicio niterer, ac quod in varia lectione conscribenda verborum quidem rationem religiosissime reddidi, in signis autem vel notis musi-

cis, quarum diversitates plumbeis formis accurate exprimi non semper possent, gravioribus rebus comparatis et collatis minutias communicare supersedi. multis quidem de rebus variis temporibus sententia variabat timeoque ut locis comparatis partes omnes inter se satis coaequatas esse dicas. at adest senectus, morbo iam obscuratur oculorum acies, imminet laborum finis. ne quod passi sunt in hoc opere suscepto Franz Poetko, Marquard Studemund, mihi quoque interveniat, finienda nunc negotia opusque tot hominum laboribus paratum et a me per tot annos curatum tandem emittendum est. tu animo suscipe benevolo!

De codicibus manuscriptis.

E magno numero codicum manu scriptorum qui res musicas contineant cum dignitate longe praestent duo Veneti et unus Vaticanus, ad Nicomachi autem textum constituendum plurimum valeat alter quidam Vaticanus, de his libris agam priore huius dissertationis parte, dein urbium ordinem alphabeticum secutus enumerem reliquos.

E Venetis autem libris priore loco contemplari iuvat V.
eum, cuius imaginem habes in tabula II expressam. hunc (1)
Frid. Bellermann, cum hymnos Mesomedis recenseret, non vidit ille quidem, sed ingenii acumine cogitavit et construxit. e versuum enim ordine plurimis in codicibus turbato exstitisse aliquando librum conclusit, in cuius duobus selidiis LII versus carminum ita disponerentur, ut in editionis pag. 26 descripsit et ut in hac tabula vides delineatos.[1] hic, quem V signavi in Bacchio et Mesomede (ubi Vaticanus nullus intercedit), est:

Venetus Marcianus appendicis classis VI num. 10, membranaceus, saeculo XII vel XIII[2] una eademque manu elegantissime scriptus ita, ut dimidiatis semper lineis bina in singulis paginis exstent selidia. insunt:

---

1 Paululum differre codicis ordinem in hymni II titulo demonstravi apud Fleckeisen, *Jahrbücher für Philologie* CXLI (1890) 684.

2 Ad saeculum XIII eum rettulerunt Mittarelli p. 973 (de quo infra p. XIV) et Max. Treu (Volkmanni observationes miscell. ad Plutarchum in actis annal. gymn. Juraviensis 1873 p. 4). Studemund qui olim de saec. XI cogitabat, scriptum eum esse dicit parte saec. XII posteriore. *Breslauer philologische Abhandlungen* I 3 p. 155. (Amsel de vi rhythmorum.)

v. Ptolemaei harmonica,
(1) Ps. Plutarchi libellus de musica,
Porphyri commentarius in Ptol. harm. I 1—4,
Aristidis Quintiliani de musica libri,
Anonymi a Bellermanno 1841 editi,
Bacchius senex,
Dionysi ars a Bellermanno edita et Bacchio per errorem vindicata,
trimetri versus (infra p. 284 exscripti),
hymni III.

Qua aetate hic liber confectus sit, non satis bene constat. nam in primo involucro quae scripta erant de indictionibus plane evanuerunt, nec clariora dicunt quae exstant in fol. 1 post titulum Ptolemaei . . . *οἰκονομίας* νς ‖ *ἰουνίω* . . . ς . . . *γύρες* ξ. certius scimus, quorum ille hominum fuerit. nam ex ultimo folio, quod continet haec: *τῷ εὐλαβεστάτῳ καὶ πανιερωτάτῳ καὶ ἡμῶν αὐθέντῃ* (= effendi) *καὶ πατρὶ κυρίῳ σεραφῖμ Φαναρίου*, Sathas enucleavit fuisse codicem quondam episcopi cuiusdam Thessalorum. in Italia primo fuisse videtur Mantuae apud Victorinum Feltrensem. Ambrosius enim Traversarius[1] Camaldulensium monachorum princeps, cum a. 1433 Basileam ad concilium clericorum se conferret, vidisse se narrat „de musica volumina Claudii Ptolemaei et Quintiliani cuiusdam bene eruditi, ut ex stylo animadverti, et Bacchii Senis in eodem volumine". haec verba Mittarelli loco de quo postea dicendum erit rettulit ad eum codicem, qui nunc Venetiae servatur, et si non pro certo habebis, probabile quidem esse concedes. sed antequam ad eam bibliothecam veniamus, in qua Mittarelli hunc librum vidit, alia dicenda sunt eaque certissima. inscriptum enim legitur in ultimo folio verso: „in hoc codice continentur isti libri qui sunt Francisci Barbari quondam domini Can-

1 Epistolae VIII 50, p. 419. in alia epistula (51) scribit Nicolae obtinuisse se, ut Quintilianus ille et Bacchius eius (Nicolae) nomine transscriberentur. (ib. 419.)

diani, quos emit a Georgio Trivisino". iam nolo V.
longus esse nec de Trivisanis, qui libros manu scriptos (1)
Paduam collegerunt[1], nec de iis Trivisanis, quibus Barbarus familiariter utebatur.[2] Georgius Trevisanus Paduae habitasse et pictor fuisse dicitur[3] anno fere 1437. Padua igitur translatus est codex Venetiam ad hominem cum omnium librorum tum Graecorum amantissimum e nobilissimo genere Barbarorum. ac Franciscus[4] ille Candiani filius ad orationes habendas, urbes moderandas, hostes etiam depellendos[5] saepe magnis honoribus delegatus, denique S. Marci procurator nominatus est. familiae hoc est stemma:

Candianus Barbarus († cc. 1410)

Zacharias Bb. († cc. 1424)	Franciscus Bb. † 1454
|	|
(Hermolaus mj. † 1471 Veronae episc. scr. theol.)	Zacharias † 1492
	|
	Hermolaus min. † 1493 Aquileiae patriarcha.

---

1 Tomasini, bibliothecae Paduanae p. 107. Blume, iter I 187. (habebant hi Ptolemaei et Aristidis codices chart. bomb. et Porph. chart. Tom. 115.)

2 Barbarus epistulas dat Zachariae Trivisano, qui a Venetis publice Romam erat delegatus. epist. IX 9. Giovanni degli Agostini, scrittori viniziani II 100. 35. Franciscus autem Trivis., monachus Certosinus, fuisse videtur Barbari confessor. Giov. p. 97 s. Bb. ep. append. IV 4.

3 Chevalier, Répertoire des sources du moyen-âge. p. 457.

4 Quirini in diatriba, quam praemisit Barbari epistulis. P. Giov. degli Agostini II. Mazzuchelli, scrittori d'Italia (1758) II 264.

5 Brixiam (Bresciam) cum a Milanorum impetu defendisset 1438, hoc bellum Gallicum litteris describendum putabat. cf. August. illum p. 80. [vitam Francisci Barbari enarrat ad annorum seriem Sabbadini, *Centotrenta lettere inedite di Francesco Barbaro* (Salerno 1884) p. 135 sqq. ceterum cf. Voigt, *Wiederbelebung des klass. Alterth.*[3] I 419—424.] B. K.

V. hic Franciscus, qui de re uxoria librum Laurentio Mediceo
(1) dedicavit[1] plurimasque epistulas scripsit quae typis publicatae sunt[2], codicem suo more signavit.[3] tribus saeculis post ille liber fuit in monasterio S. Michaelis prope Muranum. Mittarelli enim, qui anno 1779 huius monasterii codices summa cura et diligentia descripsit, inesse dicit in n. 83 (p. 973) Ptol., Porph., AQ., „Plut. in musicam Ptolemaei“, Bacchium. idem cum addat quae Barbarus in calce codicis notaverit, hunc ipsum codicem se dicere clarissime significat. quaerens quidem qua via liber Muranum venisse putetur, recordetur forsitan aliquis loci, quo Franciscum monachis Camaldolensibus libros summa liberalitate commodasse Joannes Augustinus (p. 41) praedicet, unde factum sit, ut multi illius libri postea invenirentur in Murano monasterio, — hoc tamen cave referas ad hunc Ptolemaeum, quem Mittarelli emptum in monasteri bibliothecam se contulisse ait (p. XVII). in illa autem insula cum male libri servari dicerentur, decemviri Veneti a. 1789 transferri iusserunt in bibliothecam Marcianam (hoc mihi communicavit Soranzo).

Hunc V ut in Mesomedis hymnis plurimorum librorum esse archetypum apparet e Bellermanni meisque[4] curis et aperte vides e tabula nostra II, — ita in Bacchii contextu recensendo plurimorum eum esse patrem vidi. cf. enim praeter notarum musicarum formas[5] verba ἀπ-

---

1 Scripsit adulescens XVIII annorum 1516. expressus est Parisiis 1513, Hagenoae 1533, Antverpiae s. a., Argent. 1612, Amstel. 1639. — versus ital. Ven. 1548, gallice 1537. 1560. 1667.

2 Fr. Barbari epistolae ab anno 1425—53. Brixiae 1753. ed Quirini, cf. p. XIII, not 4.

3 „In libro continetur“ redire video in Porphyri cod., quem describit Mittarelli bibl. S. Michaelis n. 67, p. 956. — „iste liber“ fere semper inscripsit, cuius rei vide exempla apud Joann. August. II 42 et Mittar. p. XVII.

4 Fleckeisen, *Jahrbücher* 1890. 681.

5 In singula signa abierunt notae 1 p. 293, 18 (ξ legitur in Marc. VI 2) et notae 4. ζτ habet recens ille Marc. p. 294, 3 et φ pro n. 8, quae ex formis veteris V (in Monacensi et aliis

ἐσχατον et *ἀπόμεσον* § 71, om. *οὗ δεύτερος* 76, habet *συμπέπλεκται* 94, *ἐκφώνησιν* 98, *ἐπίτριτον* 101, 2 *τεθρήκω* 101, 8. in Aristidis diagrammatis cum manifestissime codicum natura appareat, memoro hunc in primo diagrammate (p. 15 M) omittere *α* et ⋇. reliquo superiorum linearum ordine bene servato[1] ultima tabulae signa ita describit: V. (1)

β κϛ κη λ λβ λδ λϛ λη μ μβ μδ
μϛ μη ⅃ ∃ ⋲ Ω Ͻ
C < ⊸ ⋲ λ ɕ ⊣ F ∋
Ʊ Ↄ Ↄ ⌐ ∽ ∋ Y ∼

de harmoniis antiquissimis quoniam disputavi[2] in *Jahrbücher* 1890 p. 683, transeo ad Ptolemaeum. et huius initium in fol. 1 habet minio pictum hoc: † *βιβλίον πρῶτον τῶν ἁρμονικῶν τῆς μουσικῆς κλαυδίου πτολεμαίου.* dein scripta erant de tempore et origine quae legi non possunt. tum: † *πίναξ τῶν ἁρμονικῶν τοῦ πρώτου βιβλίου τῆς μουσικῆς.* et rubris semper numeris et initiis α. *περὶ τῶν ἐν ἁρμονικῇ κριτηρίων.* in 5 et 6 capitis argumento legitur *Πυθαγορίοις* et *Πυθαγόριος*, sicut in 9 *Ἀριστοξένιοι.* in 10 habet *ἡμίσεος*, in 11 *διὰ ὀκτ.* in 14 *μηδ' ἑτέραν.* titulorum tabulam sequitur minio inscriptum: † *Κλαυδίου Πτολεμαίου περὶ τῶν ἐν ἁρμονικῇ κριτηρίων* † *α'.* p. 1, *c* (litteras sumo ex Wallisii editione in 4⁰ 1682) *μὲν* om. post *ἐστι*

---

libris fideliter expressis) facile oriebantur (n. 8 in V +′), notae 11ª forma ibi est rotunda. quamquam haec omnia clarius oculis videntur quam verbis demonstrantur.

1 In AQ I 7 Veneto id est proprium (cum Mut.), quod exhibet B ante num. 26. notam 24ᵇ scribunt λ hic et Vat. 192 et Mut. signum 30ª hi habent ⋲ (ita et Neap. 4), illi Є, et 30ᵇ eodem modo scribitur. in signis 12ª 11ᵇ 12ᵇ Ven. rectos habet angulos E; item in 5ᵇ Π, formas rotundas praebent U al. signum 19 in Ven. ⊣, in Vat. Neap. gps. Y, sim. in Mut., in aliis contra aut V aut ℽ.

2 Vera sunt signa in V: dor. 7ª et lyd. 7ᵇ ᑕ, dor. 8ª ב dor 5ᵇ, phry. 5ᵇ, ion. 6ᵇ < (hoc ult. est Є in U), phry. 6ª et 9ª rectis angulis picta sunt. phry. 3ª P mai. (numeris utor ut Bellerm. p. 67.)

V. habet ∸ ut animos advertat ad rem definitam. *e* τὸ
(1) om. ‖ *g* ἐστὶ τὸ τοῦ μέν. 2 *k* τοῦ δὲ ἀ. | omittit figuram. | αἰσθήσεως οἰκεῖα, τὰ δὲ λόγου. post διαφορὰς habet ἐπί, sed alia manu supra inscr. ἀπό, et in τῶν δι' αἰσθήσεως νοητῶν item inscr. τὸ . . νοητόν. p. 39 in ὥς τε ε in ras., forsitan erat τό. μήτε τὸν τῶν αὐτ. habet in textu, inscr. τήν. denique moneo in p. 22 omitti figuram et omitti verba (*x*) ὥστε τὸ αϒ γίνεσθαι δὶς διὰ πασῶν, unde apparet Wallisi codices Savilianos (A et B ille notat, ego 80 et 81) ad hunc accedere proxime. Monacensis autem 215 ut in Bacchio et Mesomede, ita in Ptolemaeo hoc exemplar accuratissime repetit, concinunt iota tum subscripta tum omissa, accentus (ut μὴ δέ), signa ∸ quibus aut ostendit V definitiones (ut in lin. 1) aut spatia explet (ut p. 13, 7 Wall. min. post διήκουσα). eorum autem quae correcta videmus in V, cum partem agnoscat Mon. (ut καὶ 8, 21 post φαινόμενον. τῶν δι' ὧν pro τοῦ δι' οὗ 9, 21), partem ignoret (ut quae minio inscripta sunt 13, 8 ἢ μεγέθους ἢ πλάτους ὑπερέχον), de correctionum diversa aetate certiores fimus. — Finitur post γινομένων III 14.

De huius filiis et nepotibus quoniam multa contuli in Bacchi editionem Arg. 1890 p. 27—31 et in *Jahrbücher* l. l. aliaque infra demonstrabo ubi ad singulos libros venero, nunc satis habeo praemittere hanc stemmatis tabulam:

Venetus Marcianus appendicis VI 10.

Monac. 215.		x	
Par. 2532	Ber. 1555	Ma. VI 2	Neap. C 1.
Lugd. Hamb. Barb.	Par. 2458		Mut.

eiusdem sunt familiae Neap. III C 5. Par. 2460.

M. M. est Venetus Marcianus appendicis classis VI, n. 3,
(2) membranaceus, 4⁰ mai, S. XII. insunt:

infol. 1—8 Ps. Euclidis isagoge,
9—17 Euclidis sectio,
17—66 Aristoxeni harmonica,

67—91 Alypi isagoge, M[1].
92—95 Aristoxeni elementa rhythmica. (2)

His addidit alia manus S. XIV in marginibus:

f. 1—16 excerpta ex Aristidis lib. I,
17—34 Nicomachi harm. I et II,
35—43 Bacchii isagogen.

Denique tertia manus cuius atramentum expalluit adscripsit (S. puto XV) ex Anonymis Bellermanni alterius doctrinae (§ 29—66) partem § 29—57.

In huius fol. 16 cum manu vetustissima scriptum sit *Ζώσιμος διώρθου ἐν Κωνσταντινουπόλει εὐτυχῶς*, fuerunt qui exaratum codicem putarent manu Zosimi.[1] at verbum *διώρθου* minime indicat exaratum esse librum, sed correctum et in meliorem ordinem esse redactum. ut scholio quodam in cod. Vat. 176 post argumentum libri I ex Ptolemaei harmonicis adscripto Nicephorus Gregoras hos libros recensuisse dicitur (*διωρθώσατο*). sicuti autem Marc. 322, Ambr. E 19 inf., Bon. 2048 aliique codices hoc a Zosimo subscriptum e vetere Marciano repetunt, ita facillime hic quoque repetere potuit e libro aliquo vetustiore.

Scriptae sunt in primo quaternione lineae 27—28, in reliquis 20. ac scripsit idem librarius firma manu litteras elegantes et ad legendum commodas, ut ubicunque servata sint verba, quid ille voluerit, nulla difficultate intellegatur. membranarum autem pars humore depravata est (unde rugis correpta videntur fol. 2. 6. 10. 11. 16)[2] et — quod multo gravius — vetus verborum contextus multarum manuum correctionibus mutatus et laceratus est. hi

---

1 Fabricius bibl. Gr. III 636 Harl., Marquard Aristox. XII, Westphal in versione Germ. Aristox. (1883) p. XLVII, Joannes Franz de musica Graecorum commentatio Berol. 1840. p. 10. — mecum facit Morelli qui in Aristoxeni artis rhythmicae editione *διώρθου* vertit *emendabat*.

2 In codicis fol. 1 ex Aristidis doctrina I 6 nonnulla verba (*γὰρ καθ' ἑ. τρόπον φθ.* p. 10, 33 M) calamitate aliqua veluti aqua infusa perierunt.

M¹. codicis vexatores cum nec cultro temperarent, nec aquis
(2) causticis abstinerent[1], veterum verarumque litterarum partem haud exiguam perdiderunt. atramenta autem quia multis locis expalluerunt, aliis locis infuso fortasse liquore vel laesa membranae superficie in fuscum colorem et paene nigrum abierunt, e colorum discrimine certi aliquid raro elicitur[2], facilius contra demonstratur eiusdem coloris correctiones profectas esse ab hominibus diversis.[3] melius igitur rem expediri putaveris e manuum proprietate et scribendi genere. hoc tamen qui suscepit, is e Scylla incidisse se videt in charybdim. deprehenduntur quidem aliquot locis certi cuiusdam librarii vestigia. nam interdum acutissimo stilo tenues quaedam litterulae belle et nitide pictae videntur (ut *ἐφεξῆς* 151, 10. 157, 12 et *διπλάσιος* 164, 3, etiam *τριημιτόνιον* 187, 8). aliis locis litterae apparent ampliore stilo confectae, eadem autem elegantia pictae, qua princeps librarius usus erat, ut haud sine sollertia illius formas ab hoc expressas esse dicas

---

1 In fol. 11 (p. 152, 8) post θ *τὸν* quae sequebantur liquore aliquo deleta esse apparet recentiumque litterarum colorem inde factum esse fuscum et paene nigrum. similia apparent p. 191, ubi post *διάστημα* desunt fere duae lineae. p. 198, 17 post *δὲ οὗ* litterae extersae sunt. etiam in Nicomacho 252, 20 vocis *συλλαβάν* ultima littera liquore aliquo deleta est et in Bacchio saepe proslambanomeni prius signum, quod initio erat Z, eadem ratione mutatum est. p. 295, 14 ante *ἕβδομον* quattuor litterae ita consulto erasae sunt.

2 In codicis folio 12 (Eucl. 155) recentis diagrammatis pallidus color facile dignoscitur a nigris illis κ et λ, quas novissimus corrector inscripsit.

3 Expalluit enim color et eius qui Euclidis diagrammata correxit (M^2) et eius qui lemmata addidit p. 186 et p. 206, 20 *μερῶν τῆς ἁρμ.* et q. s. scripsit, non minus quam eius atramentum qui in Nicomacho 241, 13 *τάχει* pauloque post *καὶ* inseruit, item eius qui Anonymi praecepta in marginibus inscripsit. contra eorum quae (cod. fol. 51^v) in Aristoxeno p. 74, 32 Mq. addita sunt, pars (in extremo marg.) nunc fulva videtur, pars (propius ad textum posita) nigra. et glossematis p. 190, 1 pars (*ἐναρμ.*) nigro est colore, pars (*γένους*) flavo.

querarisque quod minus facile scripturae dignoscantur[1] (id quod iam Marquard questus est p. XIII et XIV). nec tamen fieri potest, ut ad horum duorum manus omnia correcta revocentur, plures intercedunt scripturae nec idem librarius in formis semper sibi constat. immo prout spatia patebant, modo comprimebant illi litteras, modo diducebant, aliis locis deleto vetere textu paululum aut nihil addiderunt, ut nullius calligraphi proprium quidquam videas. Marquard quidem multis locis certam aliquam manum cognovisse sibi videbatur, sed collatis apographis iudicium improbatum est et convictum.[2] et quamquam sex ille manus dignoscebat, septima etiam forma uti oportebat M^x, saepiusque dubitare se confitetur, scripseritne M^1 an M^3 vel alia manus.[3] haec potissimum ut diiudicarem, ipse mihi codex videbatur adeundus; quem ubi inspexi et examinavi, in tanta ista manuum varietate de oculorum iudicio ipse quoque desperavi. sed eripit nos e calamitate id quod varia habemus exempla diversis temporibus ex M transscripta. hausit enim hinc circa annum 1300 Euclidis qui feruntur libri, Aristoxenum etiam et Alypium cod. Vat. 191 (a fol. 292). qui cum Marciani verba fidelissime repetat, habemus eorum, quae saeculo XIII in illo fuerint testem locupletissimum. atque alii codices cum saeculo XV hinc transscripti videantur, etiam quae posterioribus saeculis condicio fuerit, clare videre possumus. quae cum ita essent, manuum ego et scriptionum dubiam et fallacem

M^1. (2)

---

1 Litterarum *α η ν τ* (= 7) eadem ille forma utitur ac qui primus scripsit. Pag. 152, 5 hic addidit *μέσοι οὔτε*, 181, 4 *καὶ ὀξύτης* et q. seq. 184 supplevit sonos omissos. 196, 6 habet *ἔχει*. 17 *δέ*. 198, 9 *ἐπί*. 22 *πέμπτον*.

2 *Μὲν οὖν ἐστι* 181, 4 et *βαρύτης δὲ τὸ δ. ά.* ad secundum (veterem) calligraphum Marquard referebat, sed absunt a Vat. item complura p. 184. 185. 186 al. *τριημιτόνιον* autem 187, 17 primo librario tribuebat. κ illa et λ in Eucl. prot. 6 suppletas putabat a 2, sunt recentes.

3 Signa interrogationis posuit Mq. ad var. lect. 156, 23 ss. 184, 1. 186, 3. 188, 6 al.

M¹. auctoritatem omisi atque ad apographorum certius testi-
(2) monium confugi.

Variis autem aetatibus de Marciano haec facta esse mihi persuasi.

M². Primus quidem librarius paucissima ipse emendavit.[1] res tamen cum admisisset ab auctorum ingenio alienas (ut p. 177. 190), partem harum alius postea librarius expunxit, veluti scholium illud ad Euclidem 155, 1 adscriptum. pro figuris autem veteribus in ipso Marciani archetypo pessime pictis[2] ex alio puto codice[3] alter librarius petivit eas, quae pallidae nunc et flavae in M videntur.[4] et lemmata, quae pallidissimo colore scripta apparent ad isagogen 186, scholium etiam quod p. 197 notavi eadem fortasse manu addita sunt. alius autem librarius, cuius atramentum etiamnunc cernitur nigrum[5], accentus vocabuli ὑπάτων mutavit in ὑπατῶν. miram enim tonorum varietatem quae in Vat. legentium oculos offendit, inde natam esse elucet, quod otiosus iste Marciani vexator paroxytona mutavit in perispomena.[6] quod autem nihil gravius hic intrusit, ante Vaticani apographi tempora varias correctorum manus dignoscere non oportuit, satisque habui notare M².

---

1 Huc revoco illud ϱ in χρώματι 186, 18, τὰ 199, 9, ὑπεϱιάστιος 203, 9, μελοπ. 205, 2. revocari huc potest et πάντα 187, 16. simile aliquid statuit Marquard XIII.

2 Hoc inde concludo, quod diagrammata ab initio picta ut vides p. 151 et 153, 6 postea abierunt in ιβ ιγ. quod in ipso M factum vides 152, 7; fuit et 152, 1.

3 Nam qui suo ingenio diagrammata restituit, is accuratius linearum longitudines emensus delineat.

4 Vide p. 150 de diagrammatis: „novas adscripsit figuras M² mg." et q. seq.

5 Hic ex τὸ 165, 16 fecisse videtur τῷ. cf. 187, 16. 192, 5. 205, 11.

6 Aliorum etiam vocabulorum toni (λίχανος, ἔστι) fortasse prisca illa aetate mutati sunt. quod autem de hac re misere librarii certabant, tertius veteres accentus restituebat multumque eiusmodi etiam post margines occupatos peccabatur, nunc qui fuerit primus et verus accentus raro explanari potest. Vat. quidem λιχανός scribit et ἐστίν.

Ne XIV quidem saeculo in veteribus codicis partibus multa correcta vel mutata sunt. immo cum in marginibus novae doctrinae inscriberentur[1], vacua plerumque haec spatia erant nec scholiis vel additamentis impedita. quamquam in fol. 33v cum Nicomachi exc. 7 inscriberetur recessit aliquanto librarius, quod ad Aristoxeni princ. 55 (p. 25 Mb.) iam adscripta erant quae legis apud Marquardum p. 134. haec autem ante Vat. apographum scripta sunt. atque in fol. 5 cum illud *τὸ δὲ συνημμένον* 194, 16 (quod usque ad *μέχρι* abest a Vat.) tenui aliqua litterarum forma inscriptum marginis partem occupasset, is qui Aristidis artem excerpebat in angustiore parte se continuit. quamvis autem multa correctores adderent in Pseudo-Euclidis isagogen, marginum spatio nunquam usi sunt, quod occupatum invenerunt praeceptis Aristidis. Mmg. (2)

Nam saeculo XIV homo ille venit membranarum parcissimus, qui trium auctorum doctrinas musicas in codicis marginibus inscripsit. cum haud eleganter ille scripserit nec aequaliter compendiisque multis usus sit, partes ab eo scriptae non facile leguntur.

Hunc saeculo XV secuti sunt ii, qui veteres textus delerent novaque multa intruderent. nonnulla quidem hi addiderunt quae facile quis suo ingenio inveniat, ut partium ordinem mutant in isagoges initio, sonos omissos supplent (p. 182 ss.), aut sonos diatonos ex oxypycnis expungunt (186)[2], exemplorum numerum augent (187); tamen quod quae addunt optime quadrant cum aliis codicibus, hinc illos petivisse credendum est.[3] M$^{3-5}$

---

1 In iis quae ex Aristide excerpta sunt attende legi *εἶπον* pro *ἦχον* p. 7, 11 M (4, 26 J.).

2 Attende 187, 15 *διάτονον οὐ μετέχει πυκνοῦ*. Simile est iudicium illius, qui in Bacchio § 25 pycnum in genere diatono admitti negat. commodius autem fuit artis magistris transferre pycni nomen etiam in genus diatonum, atque exstiterunt hi soni in vetere isagoges textu, cf. Bacch. 20. 33. (JA² 5.)

3 Illa ιβ ιγ 152, 8 post *μέτρον* e sua mente nemo adiunxit; 190, 9 quae intrusa sunt conveniunt cum Bryennio, et 191, 8 cum

M^3. Quod autem M^3 notavi quaecunque repetuntur in
(2) Neap. III C 2, erunt fortasse qui reprehendant. quamvis enim similis hic sit et propinquus Marciano, subest quaedam originis dubitatio; ac melius fortasse fuit praeter unam correctionem p. 194, 16 in priora tempora referendam res a V alienas signare M^4. sed Neapolitanum esse Marciani filium ratus cum omnia cum N concinentia redire vidissem in Rhosi codicibus (U et filiis), in conscribenda varia lectione dignovi, quae priora et quae posteriora viderentur. nec puto malum est, quod quidquid correctionum in M quadrat ad N breviter indicatur M^3. scripta autem est harum maior pars acuto illo stilo quem supra dixi.

M^4. Quarto autem numero signavi quidquid non in N, sed in U et Lips. et Mon. 104 invenitur; de cuius familiae necessitudine infra disputabo. Euclidis enim sectionem Nicomachum Alypium cum ex M Bessario transcribendos curasset in U essentque in hoc codice omnia quae scripseram M^3, haec quorum maior pars scripta est eodem fere modo ac codicis verba vetustissima (v. supra p. XVIII) paulo antequam Bessario et Rhosus legerent inscripta esse statui. concludere autem satis multa potes et ex iis quae in U non leguntur. ut in rasura p. 152, 1 olim M habuisse numeros ς ιβ κδ videmus ex Vat. (v. ad 151, 3). cum vero absint ex U, erasa esse apparet, antequam Rhosus transscriberet. alia, quae nunc exstant in M et absunt ex U, notavi M^5. atque illa aetate (saeculi XV parte priore vel media, antequam Rhosus accederet) plures librarios hoc M mutando occupatos fuisse existimo. correctas enim a pluribus video non Euclidis tantum, sed Nicomachi etiam et Bacchii doctrinas. in Nicomacho praecipue diversos esse correctionum colores variasque litterarum formas apparet; nam et sunt loci livido aliquo colore

---

codicibus Pappi (**B**). recte igitur Marquard XIII ex aliis libris illa addita ait.

et formis tenuioribus correcti[1], et sunt nigro atramento M^4. fortioreque manus ductu mutati, ut ad principis librarii (2) manum appropinquent.[2] sicuti autem certaverant illi antequam Vat. conficeretur de vocum (encliticarum potissimum) vero accentu, ita pugnant saec. XV. iam quod codicem U Bessario praedicavit ut optimum et rarissimum, haud absurde nonnulli suspicabantur multas illas correctiones (M^4) ab ipso hoc viro clarissimo inscriptas esse. hoc ego comparata huius scriptura in cod. Marc. 319 manifesta, negandum esse vidi. ubi autem U non satis accurate excussus erat, Lipsiensem substitui, quem plurimis in rebus cum prima Ueneti manu concinere videram. quarta autem illa manus cum Cleonidis etiam isagogen quam et Pappo tribuunt ad similis libri fidem atque Euclidem correxerit, unde venerant eaedem lectiones in Venetum, saepissime et in hoc libello conspirare vides Uen. vel Lips. cum M^4.

Pauca, quae a Rhosi codice aliena esse vidi[3], signavi M^5 M^5. ad haec autem posteriora tempora referenda mihi videtur pars etiam eorum quae Marquard oriri putabat a M^2. est enim ubi integra membrana verba non ita corrigantur ut deleta vetere scriptura nova addantur, sed ut quae aderant nigro quodam atramento restituantur et confirmentur. exempla sunt permulta iam in primo codicis folio (*γκει* 180, 3, *σύστ.* 4, *μέν* 13, *ἐν.* 18). haec autem non antiqua aetate restituta esse puto, sed recenti potius,

---

1 P. 237, 16 *σπουδήν*, 241, 3 *τάχει* et *καί*, 243, 11 (*ὕδραν*)*λα*, 244, 3 *γάρ*, 252, 6 *τήν*. cf. in Bacchio 304 *ὅτε δὲ ἐπιτεινομένης*, et in Aristide fol. 2r (p. 10, 10 M) *πρὸς τὴν ὑπάτην τῶν ὑπατῶν*.

2 P. 243, 23 (*τύπτ*)*ουσαι* et 246 (*διαγων*)*ίον*, ubi de M^2 cogitavit Marquard. cf. quae in Bacchio adduntur p. 295. 299 al. novisse correctorem tonum lydium, ignorasse autem synnemmenon systema elucet e Bacchio 295.

3 Pag. 151, 10 *ἐφεξῆς*, 164, 1 *τῇ*, 6 *γὰρ*. cum tamen simile glossema 151 *ἐφεξῆς* 157, 12 ante Rhosi tempora inscriptum esset, haud scio an illud *ἐφεξῆς* 151 in mg. adscriptum calligraphi oculos fugerit sitque pariter antiquum. ex Nicom. 240, 24 huc revocanda vox *φωνῆς* et 249, 11 *συμφωνία*.

M[5]. cum aqua infusa aut senio litterae palluissent. ubi enim
(2) macula aliqua inspersa color membranae fuscus factus est, ibi nigerrimae eiusmodi litterae legenti occurrunt. a veteribus autem formis cum illa non differre manifestum esset, lectionum apparatum minutiis istis non impedivi.

Postremo Anonymi praecepta in margine inscripta nec a quoquam correcta sunt.

V. V et W est Vaticanus 191. bombyc. fol. S. (XIII
(3) aut) XIV. post mathematicorum aliorumque scripta continet

Gaudenti isagogen f. 287,
Euclidem (s. Cleonidem) f. 292,
Euclidis canonem f. 295,
Aristoxeni harm. f. 297,
Alypi tabulas f. 309,
Aristoxeni rhythm. f. 314,
Ptolemaei harm. f. 320,
Diophanti arithmetica f. 361,
" de polygonis num. lib. f. 393,
Euclidis (Cleon.) isagogen f. 397,
" sectionem canonis,
nomina eorum qui leges XII tabb. tulerunt,
de origine Constantinopolis.

De Gaudentio v. pag. seq. Aristoxenum autem huius codicis fluxisse e Marciano VI 3 iam Marquard demonstravit in Ar. p. XV—XXIII, nec aliter iudicabit quicunque ex iis comparaverit isagogen quam vindicamus Cleonidi. idem enim ibi est partium ordo p. 179, 6, concinit *τε* l. 3 et 5, om. *ἔστιν* l. 4, habent *ποίαν τάξιν ἐχόντων συγκείμενον* 5, *περὶ τόνου* 8, concinit *ἀφανῶς* 180, 15, *τιθεῖσα* 19, *τὰς δὲ μεταβάσεις . . . διαστήματα* 20, *ὀξύτης δὲ* 181, 4 om. *βαρύτης δὲ τὸ δι' ἀνέσεως*, habent *τετᾶσθαι* 6, *καθαπτῶν* 8, om. *δὲ* 182, 4, om. eosdem sonos 184, 15 et 185, 8, enumerant diatonos 186, 22. nec minus conspirant in Euclidis sectione, immo, quos posuit M protaseon numeros et asteriscos, ii redeunt in V. et diagrammatum quidem elegit V ea, quae altera manus pinxerat in M; haec summa diligentia transscribens omisit ubi agnoverat diagram-

mata priora. cum tamen in M exstitissent veterum diagrammatum reliquiae non apertae, quae quo spectarent librarius ignorabat, irrepserunt hae in V. huc refero numeros ϛ ιβ κδ qui deprehenduntur in V et W, cum in M nunc erasi sint (not. ad 151, 3). satis etiam clare elucet codicum necessitudo, ubi comparavisti tabulas Alypi; eosdem enim sonos omittunt (ut neten syn. toni hyperphrygi) signorumque formas exprimunt simillimas. ut psi et hemialpha 371, 13, phi et eta 19, hemialpha 373, 32, digamma 374, 5. quamquam extrema signa inde a tono hypoaeolio in genere enarmonio V omittit solumque verborum contextum ad Marciani finem perducit. V. (3)

Quod autem nunc *ὑπάτων* in V legas (ut 182, 8. 183, 23 s.), nunc *ὑπατῶν* (ut 182, 6 s. 183, 3), et quodam loco *ὑπάτῶν* (184, 16), hoc admodum mireris nec causam invenias, nisi inspexeris cod. M. ibi autem cum ab initio fuisset paroxytonon, postea mutatum esset in perispomenon, quod quoque loco valere videbatur, id V fideliter expressit, semel etiam duos tonos recepit. hinc non solum unde natus sit V clare demonstratur, etiam quanta religione quidquid invenerat librarius transscripserit, manifesto declaratur. en codicis M testis, quo locupletior vel firmior cogitari non possit! et verborum in M correctorum cum pars altera a V agnoscatur altera ignoretur, veteres esse illas correctiones (M^2), has recentes (M^3 M^4) apertum est et luculentum. in Gaudentio autem cum accentus vocabuli *ὑπάτων* non magis sibi constet quam in Euclidis libellis (p. 332, 14. 15 adnotavit Stud. scribi *ὑπάτων* idque repeti saepe, p. 349, 18 autem et 352, 6 et 353, 8 notat diversum aecentum *ὑπατῶν*), hanc quoque partem librarium petivisse existimaverim e Marciano illo, qui olim videtur fuisse plenior.

Redeunt autem eodem in codice inde a fol. 397 post Diophanti doctrinam Euclidis illi qui feruntur libelli (isagoge et canon) ex alio autem fonte hausti. hanc partem Studemund non excussit, ut nisi Franzi schedas adhibuissem et diligenter examinassem, neglectae adhuc iacerent lectiones W.

W. optimae. Euclidis autem lectiones in W qui accurate in-
(3) spexerit, proxime abesse videbit a Marciani forma antiquissima. diagrammatum enim veterum quidquid mansit in M, id redit in W; eandem habes in prot. 2 lineam ad horizontem directam et inter eadem textus verba inscriptam, nec differunt diagrammatis reliquiae in prot. 3 delineatae, et ut factum videmus in M, ubi non vi aliqua veteres reliquiae erasae sunt, ut lineolae quibus magna linea divisa erat abierint in litteram *ι* leganturque numeri á mathematica ratione alienissimi (ιδ ιζ ιθ), id in W saepius etiam apparet (v. prot. 5 et 9). cum in IV protasi uterque omittat *μὴ πολλαπλάσιον*, cum in demonstranda prot. VI easdem litteras omittant idemque habeant glossema, conspirentque in lectionibus *τὸν ἥμισυν* 155, 15, *παράμεσον* 164, 16 al., in forma numeri ϡ quae abiit in *ψ* 158, 4, iidemque omittant *ἑνὶ αὐτῶν ἴσον* 165, 11, dubitare nemo potest quin W et M[1] ex uno eodemque fonte manaverint. iam cum Marciani vetusti contextum ad Vaticani minoris exemplar exprimi nullo modo potuerit, nascitur quaestio, sitne hic textus ex illo depromptus an ad tertium quendam fontem utriusque origo revocanda. sunt autem haud pauca quae in iis differant, ut Marciani filius Vaticanus putari non possit. ut in libelli initio

εἰ ἡσυχία εἴη habet M[1],		*ἡσυχίας οὔσης* W,
ὥστε ἐπειδὴ	148, 6,	*οἵ γε*,
τοιούτοις	149, 14,	*τοιούτοις λόγοις*,
ἔμαθον	151, 9,	*ἐμάθομεν*,
μέσοι . . . ἐμπεσοῦνται	152, 2,	*μέσος . . . ἐμπεσεῖται*,
ὅσοι δὲ εἰς	153, 1,	*ὅσοι δὲ* (lac.) *εἰς*,
ἡμιολίου κ. ἐκ τοῦ ἐπιτρίτου	154, 16,	*ἐπιτρίτου μορίου καὶ ἡμιολίου*.

Quodsi p. 149, 1 universam sententiam in M[1] videris omissam, in W scriptam, facile concedes non ex ipso M, sed ex huius aliquo propinquo aut ipsum W aut huius archetypum esse profectum. quae cum ita sint, quamvis neglegenter W scriptus sit mendisque laboret non paucis, maxima tamen eius est dignitas et, ubicunque ex M prisca

lectio sublata est, ex huius auctoritate petenda sanatio. W.
ita enim p. 152, 9, ubi omnes reliqui libri vocabulo ἄρα (3)
inserta id concludentem faciebant Euclidem, quod posuerat in hypothesi (lineam δζ lineae θ esse superparticularem), solus W dicit ἐπεὶ, ut recte Euclides argumentetur.

Tanta cum sit huius auctoritas in verbis Euclidis restituendis, in Franzi collatione acquiescere nolebam. quod vero Vaticani libros mense Augusto ipse adire non potui, Petersen instituti Germanici praefectus commovit Mau, hominem doctissimum et in hac opera sollertissimum, ut Euclidis sectionem hoc cum codice iterum compararet. unum hac in re dolendum, quod protases 11—18 W omittit.

In isagoga autem quae una cum canonis sectione transscribi solebat, saepe hunc W agentem vidi cum Meibomi vulgaribus codicibus[1], ut ab initio haud ita magni existimarem. tamen et erat ubi congrueret[2] cum M. denique ubi discedentem hunc a M lectiones optimas nobis offerre vidi et in ipsis erroribus tamen sociorum dignitate commendari, etiam in isagoga has lectiones permagni aestimandas esse intellexi. cf. enim ἀμφοῖν illud, quod in omnibus libris legitur 181, 6, in W solo ad τάσιν et φθόγγον recte revocatur, et οὗ πρῶτον .. κεῖται 197, 1, ac vide cum N **B** concordantem hunc fontem 190, 9. 203, 11. 206, 20. quae cum ita se habeant, ex eodem olim archetypo hunc W cum reliquis fontibus fluxisse dicemus, praestare autem lectionum dignitate et virtute. itaque quod horum M et W lectiones ubi concordabant semper si non veras, at antiquissimas duxi et codicum auctoritate maxime probatas, omnes profecto laudabunt; erunt fortasse qui huic Vat. plus etiam auctoritatis quam Marciano tribuen-

1 Vide varias lectiones p. 179, τιθεῖται et q. seq. 180, βαρύτης — ἀνέσεως et καθ᾽ αὐτῶν 181, νήτη 182, etiam in pessima lectione πέμπτον et ἕκτον 194, 20.

2 In rebus perversis 184, 15 (om. λιχ. ὑπ.), 186, 10 (om. παρ.), 22 (habet diatonos) 187, 16. 194, 16. 195, 11 et in dubiis 190, 1. 196—98 et in bonis, ut 196, 5. 198, 13. 200, 8. 201, 3.

W. dum contendant. scholiis ut laborabat M, ita ne W qui-
(3) dem liber est.[1] Rhosum autem isagogen illam hausisse dicemus e codice, qui ad hunc W proxime accederet[2], ipso W eum usum esse negabimus, quia habet 194, 7—9 quae W omittit.

Excusserunt V fol. 287—96, 309—313 Studemund, 292—96, 314—19, 397 ss. Franz, 400 ss. Mau.

R. R = Vat. 198. chart. in 4⁰. S. XV in. aut XIV. in-
(4) sunt Ptol., Porph. (*ὑπόμνημα εἰς τὸ α καὶ β τῶν ἁρμ. Πτ.*) Nicom., Bry. — Hic etsi aetate inferior videtur Marciano, lectionibus praestat. cf. 237, 8 *ὁ περὶ τῶν ἐν*, 12 *φροντίδι*, 241, 9 *ὄγκους*, 248, 17 *ἀπαράλλακτον*, 258, 12 *ἄνωθεν ἐφεξῆς* quae ille solus exhibet, et 242, 11 *περὶ*, 253, 18 *πάλαι*, 256, 20 *σχῇ* ubi cum B concinit. etiam 249, 11, ubi ferri posse *ἢ . . σύστημα* alii negabant, hic vera sustinet adiutus a Iamblicho qui saepius cum eo concordat (247, 12. 248, 14 al.). mendis tamen cum ipse quoque laboret (236, 17. 238, 12. 19. 239, 21 et cet.), omnia ad huius unius auctoritatem revocare non potui. correxit alter librarius (R²) 246, 1. 247, 10 (*διπλασίῳ — βάρῃ*) 252, 2. 256. 259, 5. 9. eiusdem sunt familiae Neap. III C 3, Par. 2531. excusserunt Franz et Studemund.

Reliquorum codicum quamquam multos — in Britannia potissimum qui servantur — parum novimus, tamen quidquid de iis inveni huc conferam. ordinem autem constitui ad urbium nomina.

A. Argentorati nihil nunc existit: codicem autem Ari-
(5ᵃ) stoxeni qui olim erat excussit Ruelle. lectiones v. in Arx. ed. Westphal-Saran (1893 Abel) p. CII.

Augustae Vindelicorum qui fuerant Monachium translati sunt. (infra 68. 69.)

---

1 Vide 181, 6. 187, 20. 191, 3. 194, 16. 187, 8 hic addit *διάτονον τόνος καὶ τόνος καὶ ἡμιτόνιον*. eadem habet Mon. 104, Meib. affert e Pena et e mg. Cov. et Barocc., habet et Lips. mg. item Par. 2456.

2 Attende ea quae p. XXVII in ann. 1 enumeravi facileque augere possum. Lips. 25 ex hoc videtur correctus esse.

Basileae in academia. F V 39. chart. S. XVI. Ptol. (fin. III 14 *διὰ τῶν γενομένων* ut in 1 Ven.). olim Faeschi. Omont Bibl. Suis. p. 28. (5b)

B = Bernensis 639. chart. in 16°. S. XVI. insunt **B.**
Nicomachi ll. I et II, et ut ex hac re (l. II) colligere (6)
licet, proxime accedit ad M, quocum ei fuit archetypus quidam communis (vide p. 236. 237, 12. 238 ss.), sed inde ab excerptorum 3 capite discordant videturque melior B. bonas hic affert lectiones 237, 11. 239, 1. 240, 21, (nec spernendum *κατωτάτω* 241, 21) praecipue 265, 4, concinitque cum Iamblicho 248, 9. 13. 249, 11. quamquam interdum librarius suo ipse ingenio videtur emendasse (249, 11 *τὸ* pro *ἡ*. 250, 10). altera manus correxit 241, 9. 243, 12. 251, 10. 15 al. plenior reliquis hic B videtur, quod inscribit diagrammata, habet enim planetarum tabulam in c. 3, trigoni et monochordi formas in 4, lyrae octochordae scalam in 5, systema immutabile in 11. cum tamen ecclesiae christianae tonos in his diagrammatis vidissem enumeratos et ad monochordum canona adscriptum legissem *τοῦτο παρὰ τοῖς Τούρκοις καλεῖται ταμπουρᾶς*, nihil ista ad veterum artem conferre ratus communicare nolui. ac redeunt fere omnia illa in Pachymeris doctrina[1], unde videtur librarius huc intrusisse. — contulit Studemund.

---

1 Expressa habes illa diagrammata apud Vincent, *Notices et extraits de manuscrits* XVI 2. Lutetiae 1847. p. 408. 410. 416. exhibet prima tabula *τὰ ἡμερήσια κινήματα καὶ τὰς ἡμερησίας ὑπολήψεις* (sic) *τῶν ἑπτὰ πλανωμένων* = Vincent 408 supra (om. *τὸ ἀνάπαλιν*. — cf. Bry. 411). tertium diagramma = Vincent 410. sed omittit *τριςμεγίστου*, pro *νητῶν* falso repetit *ὑπατῶν*, om. supra *ἡ καὶ λιχανὸς λέγεται*, diapente et diatessaron uno arcu comprehendit cui inscripsit *διὰ πασῶν*. infra habet intervalla *τόν. ἡμ. τόν. τόν. ἡμ. τόν. τόν.* et addit imo loco ad parypates lineam *ὑπερπαρυπάτη καὶ λιχανός*, ad meses lineam *παραμέση, ἡ παρεντεθεῖσα*, dein semitonio interposito scribit ad paramesae lineam *τρίτη ἡ πρώην παραμέση*. hunc autem ordinem intervallorum, cui nos comparamus scalam **a** — **a**′ vel *la* — *la*′, video redeuntem apud Nicephorum Gregoram (Vinc. 284 s.). — Quartum diagramma designatum habes in Vincenti *Notices* p. 416. descriptum est systema immutabile,

(7) Berolinensis Phillippicus 1552. chart. fol. min. S. XVI. continet Aristot. probl. XIX 1—10, Ps.-Eucl., Eucl., Arx.[1], Nicom. ll. II, Bry., (Eucl.).[2] inspexi 1892 et inveni simillimum codici U, in Ps.-Euclide proxime accedentem ad Par. 2456. Hi codices Phillippici a Guil. Pellicier episcopo Montepessulano collecti fama sua illustraverunt bibliothecam Claudii Naulot Burgundionis, dein collegii soc. Jesu Parisini, tum Meermanni Batavi, denique Thomae Phillips Britanni, certam nunc sedem nacti sunt Berolinensem. Studemund-Cohn Codd. Meermann. (Ber. 1890) praef. et p. 65.

(8) Ber. Phillipp. 1553. ch. S. XVI. Ptol., Porph., al.

(9) „ „ 1554. „ „ „ Ptol., Porph., AQ.

(10a) „ „ 1555. „ „ „ AQ., Anon.[2], Bacch., Ps.-Bacch. (v. p. 454), hymni, al.

Hic in Aristidis tabula I 7 et iis quae ibi sequuntur facit cum V. in Bacchio omittit eadem quae Mon. 215: CC in § 16, tres lineas in 47, totidem in 70 s., *τί* in 97. cum Parisino autem 2532 ubi comparabis, multis in rebus videbis differre. nam P omittit *τίνα ταῦτα* in § 13, *ἡμιτόνιον* 23, *τίνας τούτους* 44, P habet *τόνον* pro *δίτονον* 22 et *μέλος* pro *τέλος* 61, B discrepat. unde statuo ex Mon., neque tamen e Parisino eum esse transscriptum. idemque apparet in hymnis. nam plane cum Mon.[3] concinit et in verborum formis (*δ' ἤλιε*, *ῥοδόεσαν*, *ἀπείρητον*, *φόμηδι* I 8. II 8. 11. 20) et in versuum ordine (sequuntur in sinistro selidio I 1. 3. 5. 7). a Par. 2532 tamen longe

---

quod respondet nostris sonis A — a' (La_1 — la_3). ex hoc secantur octo harmoniarum scalae ab hypodoria ad hypermixolydiam, quarum est doria *d* — *d'* vel *re* — *re*, phrygia *e* — *e'* vel *mi* — *mi*, lydia *f* — *f'* vel *fa* — *fa*. en toni ecclesiae! menda autem in B sunt plurima. satis habeo notare, quod omissis harmoniis hypophrygia doria hypermixolydia non octo diapason numerantur sed quinque.

1 Hoc nomine signo praecepta et elementa harmonica. ars rhythmica sicubi adest, dico.

2 Nomina non inclusa musicos, uncinis circumscripta alias libros designant.

3 Monacensis formas et Parisini 2532 accuratissime habes depictas apud Bellermannum, *die Hymnen*. tab. I et II.

recedit, cuius peior est versuum ordo (ut sequantur I 1. 5. 9) et minor notarum numerus (quinque) in I 5 (B habet sex signa). cum tamen aliis in versibus plura signa musica habeat P (undecim habet II 9, ubi B tres, tredecim habet II 11, ubi B undecim), vides neutrum a neutro pendere. propinquus tamen est B codicis Par. 2458; habet quinque sonos musicos inscriptos in I 5, duos in II 13, paucas in II 9 et 11. communes sunt formae *βακχαῖος*, *ῥοδόεσαν*, *χρόνων* II 22, *γάννυται*, *ἔχουσα* III 5, *μέτρα* (pro *μετρεῖς* III 11). sed tribus in versibus plures notas exhibet Ber. (II 7 ρ, II 9 c, II 11 duo ι). exiliorem igitur vides hunc Parisinum, ut ex eo Ber. oriri non potuerit. hic autem cum plenior sit, multis autem in erroribus Parisino par, transscriptum puto P illum ex B. inspexi 1890. de his omnibus cf. Stud.-Cohn p. 65. (10ᵃ)

Ber. Phill. 1578. ch. S. XVI. Ptol., Bry., Porph. univ. — Stud.-C. 77. (10ᵇ)

Bononiensis 2048, quinque volumina chartacea, S. XVI. erat olim Johannis Cingari. De hoc referunt Amsel et Studemund in actis Vrat. I 3, p. 124. continet 1. vol. Bry., Plut., Ps.-Eucl., Eucl., Aristoxeni lib. I. ordo librorum est idem atque in U, et canonis sectionem cum Bononiae a. 1889 comparassem, inveni omnia accurate illi respondere, etiam Zosimi subscriptum p. 166; ex U igitur eum descriptum esse facile hinc concluseris. pag. 164 cum aberrasset Rhosus ex *πάλιν ἐπεὶ* lin. 3 in eadem vocabula lin. 4 correxissetque errorem in margine, hic librarius coeperat iam scribere quod sequitur *πολλαπλά* . . ., cum invento errore supplevit lineas 3—4. quae autem correcta vel addita sunt in U, non omnia B vidit correcta (emend. 1 3 5 7 novit, 2 4 ignorat); post L. igitur confectum dicas, sed ante Mon. — Volumen II continet Arx. II et III, Alyp., Gaud., Nicom., AQ. atque in Gaudentio om. *καί* 327, 10, habet lemmata minio picta, *κατὰ δὲ* 329, 14, *μέρη* 15, *μὲν δὴ* 331, 24, *ὑπάτων* 332, 14, *ἀπεῖκεν* 333, 17, omnia cum U. ubi vero U quid correxit, hic B agnoscit; scriptus igitur est post Ambrosianum qui correcta ignorat. Nicomachum (11)

quoque primis paginis comparatis ex U transcriptum vidi, habet enim Bon. duos libros, *Πυθαγορικοῦ*, *ἁρμονικῆς ἐγχειρίδιον*, *πλανήτας* 236, 7, *τῇ* 10, om. *τὴν* 11, hab. *ηὑρέθησαν* 12, *τε* 19, *ὑπομνήματι παρὰ τοῖς* 237, 8, *φορτίω* 12 (ita superscr. *ν* U) *ἀπερισπάτου* 14, *διδασκάλου* 238, 19, *διῃρημένοις καὶ διεστώς* 239, 1, plurima cum MU; *ἐγχειρίδιον*, *ηὑρ.*, *φορτίω* proprie cum U.

Aristidis partem cum comparaverit Studemund exstentque variae lectiones apud Amsel de vi rhythmorum (Vrat. 1887) 128 (sign. Z), video hunc conspirare cum Lips. his rebus: *φιλοσόφων*, *μάθημα*, *τιμῖα*, *σχεδῶν*, *κἀκεῖνο τῆς τέχνης*, *γραφικῆς*, *καθιστῶσα*, *προιοῦσα*, *σοφός*, *πανάκεω*, *μέρη μόνην*, *ταῦτα*, ut proximos eos esse et simillimos iam hinc appareat. atque quod statui de huius Euclide Gaudentio Nicomacho, id statuere de Aristide minime dubito. immo filium hunc esse Ueneti 322 mihi persuasi etiam ex Aristidis diagrammatis, quae enotavi. conspirant in scalarum ordine p. 15 Meib. nec minus in vetustissimorum harmoniis p. 22. nam eadem est linearum dispositio, eadem signorum forma, eadem exhibent, eadem omittunt, nisi quod signum 10 in Bon. paulo propius accedere videtur ad ι, 15 ad numerum 6, 22 est Y, sed 23 est C ut in U, 29 C, 33 Bon. omittit. in quarta linea non omnia Bon. habet quae U, sed remisit aliqua in 5, eadem tamen iungunt, eadem spatiis separant. tertium signum ante finem dat Bon. 7, reliqua accurate conveniunt. — Volumen V exhibet Ptolemaeum et Porphyrium. Amsel-Stud. 124. contuli partes a. 1889.

(12) Bonon. 2432, chart. fol. hunc Br. Keil detexit et mihi descripsit. quod vero Italos quoque his diebus descripturos esse spero, in supplementa remitto.

(13) Cantabrigae in collegio Eman. esse dicitur AQ. Fabric. bibl. III 635. Jahn tacet.

(14) Coventriae erat „antiquus“ aliquis codex, quem Langbainius excussit, ut Meibomius uteretur ad edendum Euclidem. textus non multo abest ab U; lacunae caedem in Penae Eucl. 158, 17. 160, 7.

Escorialensis R I 17 (Miller Catal. 17) chart. fol. (15[a]) min. S. XVI. continet Aristoxenum. Ruelle in *Archives des missions* III, II 517.

Escor. Σ I 16 (Miller 72). ch. fol. S. XVI. AQ., (15[b]) (alia manu) Bry.

Escor. Υ I 9 (Miller 245). ch. fol. S. XVI. Physica (15c) varia. Pselli epistulae (cf. infra c. 19 et Ru. Arch. 558.

Escor. Υ I 13 (Miller 249. Ruelle *Archives* 530). chart. (16[a]) fol. S. XVI. insunt Hormasia, Theonis et Bacchii partes, Ps. Psellus et alia fragmenta.

Hormasiam habes infra p. 421. sequitur canon toni hypolydii, de quo v. cod. Mon. 104. e Theone quoque et Bacchio eadem hic habet quae Mon. 104 et Vat. 192. menda quoque Monacensis redeunt in Esc. (*πᾶσιν* 87, 17, Hill. *ἐξ ἑκατέρων διαιρουμένη* 89, 12, *γὰρ* 18, *ἐπὶ* 91, 1, *οὔσης* 92, 24. omittitque E quae omisit Mon. longius autem a vero abest E in 92, 27 *γένοιτο* (Mon. *γένοι τὸ*) et ex Bacchii frustis omittit partem (de hypophrygio et hypodorio tono, aberravit enim a *τετρατόνῳ*) habetque duas lineas, cum Mon. habeat quinque (e sonis signisque quae finiant symphonias § 6 Ru. § 11 Bacch.). haec omnia inde ab hormasia mihi videntur petita e Mon. 104 qui hausit e Vat. 192. his addit Esc. res aliunde petitas. sequitur enim Anonymi § 103 (Ruelle 543) inscriptus *πῶς δεῖ καταλαβεῖν τὰς διαφορῶν τάξεις*, deinde hoc diagramma, quod in mentem nobis revocat excerpta Neapolitana § 19:

τόνος

ἡμιτόνιον *ἡμιτόνιον*

δίεσις *δίεσις* *δίεσις* *δίεσις*

ξδ ξε ξς ξζ ξη ξθ ο οα οβ

sequitur *ἡ ἐπ' εὐθείας ἔκθεσις τοῦ παντὸς συστήματος τῶν* ιη *φθόγγων* (Ru. 544 cf. infra p. 423) et *ἐπὶ τῆς ὀκταχόρδου λύρας ὁ πρῶτος καὶ βαρύτατος φθόγγος καλεῖται ὑπάτη, ὁ δὲ τελευταῖος καὶ ὀξύτατος νήτη.* claudit agmen diagramma generum, quod habes apud Theonem p. 56 H., et definitio soni (Ru. 545).

(16[a]) Pselli etiam quod ferunt quadrivium librarius in sua convertit. habet enim artis arithmeticae partem fol. 205, geometricam 113, musicam 213, astrorum doctrinam 128. de auctore quid suspicer, videbis, ubi venerimus ad (106) Par. 2448.

(16[b]) Esc. Φ II 3 (Miller 197). ch. fol. S. XVI. Porph. Alyp.

(17) Esc. Φ II 5 (Miller 199) chart. fol. S. XVI. insunt Ps. Eucl., Eucl., Nicom., Arx., Alypius, Gaud. Ruelle *Archives* 519 propinquum putat codicibus Meibomi.

(18) Esc. Φ II 21 (Miller 215. Ru. 522). chart. fol. S. XVI. scr. Jac. Diassorinus. inest Arx.

(19) Esc. Φ III 1 (Miller 217. Ru. 546). chart. 4°. S. XVI. insunt Pselli epistula ad imperatorem data (*Πότερον ὡς αὐλητής* ed. Ru. 612), animae generatio et quidquid edidit Linder Upsaliae 1854, cf. quae addit Ru. 548; epistula *Ἐπίλυσις πῶς ἐστι τὸ διὰ πέντε ἡμιόλιον* (Ru. ed. 614), *Προβαλλόμενα εἰς τὴν ῥυθμικὴν ἐπιστήμην* (ed. Caesar in *Rhein. Museum* n. s. I 1842. 621, unde sumpsit Westphal, Fragmente und Lehrsätze 74 et Metrik² I app. 3). cf. infra cod. 179 et 64.

(20) Esc. X I 12 (Miller 351. Ru. 523). chart. fol. S. XVI. AQ., Bry., Ps. Eucl., Arx., Alypius, Gaud., Nicom., Ptol., Porph. in I et II. lectiones quas affert Ru. non multum absunt a Meibomi Oxoniensibus. proximum hunc putat Ru. codicis Barocciani, pleniorem autem vidit in Alypi isagoge 368, 9. commentarius in Ptol. I 5 habet titulum: *Ἔτι τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ Ε κεφαλαῖον.* in fine exhibet diagramma *τοῦ ἐναρμονίου γένους μελῴδησις.* olim erat Mendozae.

(21) Esc. Ω IV 4 (Miller 552. Ru. 511). chart. 4°. S. XVI (partim Darmari). Theo Alex. (aut Porph.?) in Ptol. I 5—15. Theonis Smyrnaei expositio arithm. et musica[1], Theonis Al. in Ptol. canones. de primi operis autore v. infra p. 116 et Ru. 512, lectiones hic vidit (515) prope accedere ad Wall. cod. E.

---

1 Expositionem arithmeticam dico eam quam exhibet Hiller p. 1—46, 19, musicam invenis ibidem 46—119.

Florentiae exstant in bibliotheca Laurentiana: (22)

Laur. plut. 28, cod. 11. membr. fol. S. XV. Bryennius, Psellus de animae generatione (inc. *τὸ μὲν λεγόμενόν ἐστι*) ed. Vinc. Not. 316. Linder 1. — Bandini, Catalogus codicum gr. biblth. Laur. II p. 20 et 472.

Laur. plut. 28, cod. 12. bomb. 4⁰ min. S. XIV. Theo (23) Smyrnaeus de mathematicis. — Bandini ib. 21.

Laur. plut. 56, cod. 1. bomb. fol. S. XIII. Menandri (24) rhetoris excerpta. *Κατατομαὶ κανόνος* ϒ. ed. Ad. Stamm in Studemund et Schöll Anecdota varia (Berol. 1886). — Band. ib. 289.

Laur. plut. 57, cod. 34. chart. 4⁰ min. S. XV—XVI. (25ᵃ) insunt Libani Planudis Choerobosci aliorum libelli; fol. 190 *Τῆς μουσικῆς σύνοψις ἠκριβωμένη*, incipit *Μουσική ἐστιν ἐπιστήμη περὶ ποσόν.* des. *τὰ μυρία τῶν μελῳδιῶν καὶ ποικίλα κατασκευάζεται.* quattuor sunt artium mathematicarum synopseis nulli auctori in codice vindicatae. Pselli esse ait Bandini, et est exitus eius libelli, quem Xylander et alii[1] quasi Pselli esset ediderunt. cuius tamen est initium *Μουσικὴν οἱ παλαιοὶ συνέχειν εἶπον.*[2] de geometria differunt in initio et in fine, de astronomia concinunt. cf. hos num. 16 et 135. — Band. 390.

De 25ᵇᶜ vide infra supplenda.

Laur. plut. 58, cod. 29. chart. 8⁰. S. XV. inest Planu- (26) des de verborum constructione, adagia, Psellus de animae generatione (v. supra n. 19), Bry., Pselli exegesis *Ἐκ μέρους ἠρώτηκάς με* (ed. Linder, Upsaliae 1854. p. 50), altera exegesis *Ἐρᾷς τῆς Πλατωνικῆς ἀκορέστως πηγῆς* (Linder 54), limmatis plenior exegesis *Τί ποτέ ἐστι λεῖμμα* (infra n. 179). — Ptol. usque ad III 9 (finis *λοιπὸν δὲ*

---

1 Ediderunt Arsenius Romae, dein Venetiis 1532, Bogardus Parisiis 1545, Xylander Basileae 1556 et Wittenbergae 1560.

2 Apud Xylandrum universi quadrivii est titulus: *Τοῦ σοφωτάτου Ψελλοῦ εὐσύνοπτον σύνταγμα εἰς τὰς τέσσαρας μαθηματικὰς ἐπιστήμας.* arithmeticae praemissum est *Ἐνταῦθ' ἀριθμῶν συντομωτέρα φράσις*, incipit *Μέλλοντί μοι καὶ περὶ τῶν τεσσάρων.*

(26) ἐπισκέψασθαι καὶ τὰς καθ' ἕκαστον πιθανῶς ἂν ἐπιτηρηθέντα διὰ τῶν γενομένων ut in n. 1 et 5[b]). Porph. in I 1—4. Plut. — Bandini II 471. Holstenius codicem praedicat insignem. Amsel-Studemund 154.

(27) Laur. plut. 59, cod. 1. bomb. fol. S. XIV. vita dialogi epistulae Platonis, Theo, Plut. — Band. II 485. Holstenius insignem praedicat. Amsel-Studem. 153.

(28) Laur. plut. 80, cod. 5. chart. 4° mj. S. XIV. Plut. Bandini III 175.

(29) Laur. plut. 80, cod. 21. chart. fol. min. S. XV. Plut. Band. III 209. Amsel-Stud. 153.

(30) Laur. plut. 80, cod. 22. bomb. 4°. S. XIV. Plut. — Bd. III 210. A.-Stud. 154.

(31) Laur. plut. 80, cod. 30. chart. 8°. S. XV—XVI. Plut. Bd. III 218. A.-Stud. 153.

(32) Laur. *Acquisti* III 40. chart. 8°. S. XVI. Plut. Porph. ad Ptol. I 1—4. cf. Festa in *Studi ital. di filol. class.* I 199.

(33) Laur. *Acquisti* III 42. chart. 8°. S. XVI—XVII. AQ. mutilus. al. Festa ib. 200.

(34) Laur. *Acquisti* 64. chart. 4°. S. XVI. Theophilus de coloribus. musici canonis sectio et catapycnosis (Theo c. 35. 36), de analogiis (id. 31—34. eadem igitur excerpsit quae Vat. 192 et Mon. 104). Anonymi syngramma de musica, πῶς δεῖ καταλαβέσθαι τὰς διαφορῶν τάξεις[1] (An. Bell. 103, cf. codd. 16 et 171[a].), ἀνάλυσις τῶν διὰ τεσσάρων (fortasse An. 81), alia. Festa ib. 221.

(35) Laur. IV Ashburnhamiensis 1639 (Saibant. 71, ex bibl. Caroli Millon). Synesius de insomniis. in custodiae folio picta est Πυθαγόρου ὀκτάχορδος λύρα. Festa ib. 209. cf. figuram in Pachymere p. 416 Vinc. appictam et cod. Bern. (supra n. 6).

---

1 Adest in mg. scholion: ex cod. ms. Bibl. Palatinae in quo est Pselli synopsis (scil. cod. (65) Palat. Heidelb. 281) [Nicolai calligraphi a. 1040] Wattenbach, Anl. z. griech. Pal. p. 52 ann. Festae ib.

Flor. Riccardianus 41 (K II 2). chart. S. XVI. exhibet R.
Theophrasti characteres, Probl. rhetor., Planudis carmen, (36)
dein quidquid continet Neap. III C 2 ab Hippocrate ad Barlaami logisticen; sequitur AQ., Anonymi (tit. Aristides), Heraclidis P. allegoriae. titulos una cum initiorum litteris a primo librario omissos posterior manus addidit. in media parte, quam ex codice Neap. III C 2 descriptam puto, exstat pars Theonis in Platonem expositionis. incipit a primo capite quod est de musica (p. 46, 20 H) et finitur voc. πνεύματος in c. 12 (p. 57, 6). transeunt autem ex eadem Theonis parte ad Pseudo-Euclidem inscripto nomine Pappi codices quos numeravi 12. 42. 76. 118. 159. 173, quorum vide sitne pater 151 an 187. excussit ex hoc Herweerden Marquardi precibus obsecutus Aristoxenum et Cleonidem. proxime eum accedere ad vetusti Marciani manum tertiam demonstrat Marq. Arx. XXIV, ex eodem autem fonte derivat Barb. II 86, qui fons fuisse mihi videtur codex Vallae Neap. III C 2. cur autem Jahn in AQ. p. L neget eundem codicem exhibere Aristidem et Aristoxenum, non video. Vitelli, *Studi italiani di filologia* II 498.

Magliabechianus 1 (II. III. 428, olim. XI 8). ch. 8⁰. (37)
S. XVI. Arx., Ptol. cum scholio ad II 9, Porph. excerpta breviata, Damiani opt., Barlaami varia, Hippocrates. — Vitelli l. l. II 543.

Guelferbytanus 701. chart. fol. S. XV (Gud. gr. 3). (38)
Porph. Ebert, *Handschriften-Kunde* (Lps. 1827) II 136.

Guelf. 732. chart. fol. S. XV. (Gud. gr. 9). Ptol. I—III (39)
cum schol. Eb. 140.

Guelf. 740. chart. fol. S. XV. (Gud. 2.) AQ. Jahn (40)
p. LIII. Caesar, *Grundzüge d. Rh.* (Marbg. 1861) 37. signorum musicorum tabulam (p. 15 M) hinc expressit Bellermann, *Tonleitern* tab. 5, ubi concinentem eum video cum Uen. 322. Eb. 141.

Hamburgensis in civitatis bibliotheca[1] no. 103 chart. (41ᵃ)
S. XVI. 4⁰. Bry., AQ. usus hoc est Alb. Jahn in edendo

1 Ibi servari Meibomi apparatum musicum video apud Jahn AQ. p. LIV.

(41[a]) Aristide, v. p. LIV et tab. I. II, unde concludo eum conspirare cum Uen. 322. erat olim Samuelis Petiti, postea Wolfi (Jahn). Omont, *Catalogue des bibliothèques des villes hanséatiques* (*Centralbl. f. Bibliotheksw.* 1890) 368. n. 59.

(41[b]) Hamb. Math. fol. III. ch. S. XVI. Porph. l. I et II. Omont. 365. n. 46.

(41[c d.]) Ib. Math. 4°. S. XVII. Hero pneum. Om. 367, n. 51. 52.

(41[e]) Ib. Math. 4°. S. XVII. Theo. Om. ib. 54.

(42) Hamburgi in eadem bibliotheca erant olim sex partes codicis, quem nunc numerant 109—111, olim 36a 1—6. chart. 4° min. S. XVI—XVII. hic quid prima et quinta parte[1] continuerit nescio, quia hodie desiderantur. in 2 insunt Bacchius et Mesomedis hymni I aliquot versus, in 3 Aristides, in 4 Gaudentius, in 6 aliquando lecti sunt Theo et Pappus de musica. nam Buecheler inde Bacchii textum et Mesomedis versus transscripsit, Aristidem Gaudentium Theonem Pappum (= Cleonidem) diligentissime excussit, idem ad Gaudentium notavit: collatus cum ms. Hamb. 36a 4, quem Lucas Holstenius confecerat. sunt autem omnes partes eadem manu exaratae. Eyssenhardt tamen bibliothecae praefectus, qui 1889 de parte II rogatus mihi litteras dedit, de codicis auctore tacuit, et Aem. Geyso qui 1894 partes quae exstabant perlustravit Holsteni vel aliud nomen se invenisse negat.

Pars II cum multa lemmata habeat in B a c c h i o (ut ὅρος φϑόγγου) minio ascripta, simillima est Parisino 2532, et singulis rebus consideratis[2] facillime tibi persuadebis ex hoc Par. esse Bacchium transscriptum. quod idem de hymno Mesomedis mihi persuasi, postquam litterae cuiusdam a Bellermanno non visae vestigia Parisiis detexi.[3]

1 Fuisse ibi in parte V Bryennius videtur. nam Petersen, *Geschichte der H. Stadtbibl.* (1838) hunc enumerat p. 205. (Jahn ad Aristidem LIII.) in p. I fortasse fuit Aristoxenus.

2 Omittit H non solum quae Mon. O omisit (Bcch. Arg. 1890. p. 27[b]), sed om. *αἱ* ante *βαρ.* 292, 9, habet *ἐκ μελῶν* 14, habet mesae notam unam Ψ 294, 4 et ZZ ΘH 9 (om. *καί*), om. *τίνα ταῦτα* 295, 2. omnia cum illo Par. quem signabam Q.

3 Vide *Jahrbücher für Philologie u. P.* 141 (1890), 681.

huic P etiam in Aristide H est simillimus. habet enim (42) uterque in I 7 priore loco eam diagrammatis formam quam novimus e Ven. VI 10, postea formam Ueneti 322, quam H quidem non absolvit. etiam tertium diagramma (in I 11) simillimum est illi V, nec tamen inde ortum. desinit autem Aristidis liber de musica I 21 iam p. 45, 14 M (29, 28 J), nec plura Holstenius vel qui confecit in archetypo invenit. p. 3, 13 M (2, 17 J) in mg. adscriptum habent *ταῦτα μὲν καὶ ὕστερον εἰπεῖν ἔσται* H et Bb. II 86.

In IV parte H exhibet Gaudenti contextum e compluribus fontibus haustum. nam ad prioris contextus verba additae sunt cum „al.“ variae lectiones. et priora quidem verba petita sunt e codice, qui non multum distat a Vat. 191 nec ad alium ullum fontem propius accedit.[1] correctionum qui quaerit originem, per diagrammata[2] inscripta in NB ad hos vocatur, ubi eadem sunt tria diagrammata. inter N tamen et H nimis multa verba vel formae differunt; cum B concinit correctionum numerus satis magnus.[3] aliquot autem correctiones fonti Barberino non respondere, id inde est repetendum, quod tertio aliquo archetypo usus est Holstenius vel qui varias illas lectiones conscripsit; hoc apparet e correcto loco 339, 27.[4]

---

1 Cum V consentit H[1] p. 327, 10 *ἀκριβῶς καὶ διαστ.*, 329, 12 om. *ἔστι*, 13 *ἵνα δή*, 14 *κατὰ γὰρ τόν*, 15 *μέλη*, 330, 23 *μὴ δέ*, 25 *δέ ἐστί* itaque saepius. differt H 327, 3 *ἀείσω* (quae bona lectio probatur a Stobaeo. v. addenda p. 424), 4 *ἁπτόμενοι*, 328, 1 lemma *π. φωνῶν*, 19 *τὸ* (om. *αὖ*), 22 *βαρυτέρου*, 329, 5 *ἔχουσαν*, 8 *τάσις*, 13 *βραχυτέρους*, 18 *ὁ μὲν φώνους*, 330, 1 *φαινομένου*, 2 *βαρ. τὸ φθόγγον*, 3 *λέγει αὐδιάστημα*, 11 *περὶ διαστημ.* recte, 17 *διαφώνω*, 332, 12 *ἐφεστῶσαν διάστημα καὶ τὰ πάντα*, al.

2 Diagrammata codicum NBH habes in p. 334. 337. 340. tertium autem quod refertur ad c. 10 in locum iusto inferiorem dilatum est in BH.

3 H[2] = Barb.: 327, 3 *ἀείδω*, 11 om. *τε καὶ διάφωνον*, 330, 11 *π. συστ.*, 332, 15 supplet omissa, 333, 25 *νήτην* pro *παρανήτην*, al. cf. etiam 337, 1 *παρυπάτη* pro *λιχανός*, 339, 12 *ἥμισυ* et scriptionem *λῆμα*, lacunamque Barberini 348, 1. ita hi concinunt 23 locis.

4 Pag. 339, 27 ab *ἔχει τὰ κδ* H[1] erravit ad 340, 2 *πρὸς τὸν η*. in margine additur: al. θ *καὶ πάλιν την* (al. *της*) *μὲν*

(42) In VI parte H exhibet partem Theonis et — ut vidimus transeuntem Riccardianum — a voce πνεύματος p. 57, 6 transit ad isagogen doctrinae Aristoxenianae, quam alii huius generis codices inscribunt ἐκ τῶν τοῦ Πάππου, H tradit sine nomine et partium indice. spatio enim duorum digitorum relicto incipit Φθόγγος μὲν οὖν ἐστι. in contextu autem ut concinere solent quicunque Pappo hanc doctrinam vindicant, ita concinit H, ut e communi fonte omnes fluxisse manifestum sist. qui fons nec Par. 2460 nec Barb. esse potest; nam 193 H dicit: locus hic erat relictus schemati; in PB autem adsunt schemata sex. fuit fortasse Neap. 2, in quo postea, non initio inscripta sunt illa diagrammata, aut Vat. 671 aut Ven. 512. erravit H in 180, 1 διέραισις, 8 μελωποιία, 9 πραγματία, 16 σιωτῆς, omisit tres sonos 183, 9. melior autem videtur quam BP in 181, 2 ἀποτελέσμα δὲ.

(43) Lipsiae servantur in bibliotheca civitatis:

Lips. 24. S. XV. Nic., Arx., Alypi c. 1. excussit Bellermann, nec magnopere differunt lectiones ab altero Lips.

L. Lips. 25. S. XV. Ps. Eucl., Eucl., Arx., Alypius, Gaud.,
(44) Nic. I et II, AQ., Bry.

Hic in Euclidis sectione agit cum U, habet enim λέγεσθαι 149, 9, διαφόνους 18 et 20, τὸ δ 150, 6, πολλαπλάσιον 7, τὸν ηζ, λοιπὸν μονάς 152, 8, ὁ δ . . . πολλαπλάσιος ἢ ἐπιμόριος εἶναι 154, 3. eadem codicum necessitas elucet e Zosimi subscriptione et e diagrammatum forma. habet enim uterque figuras et prioris et alterius manus ex M transscriptas, habet discerptam fig. 4 et alia aequa. quod autem L ignorat quae in U aut rubro aut nigro colore correcta sunt, concludo satis antiquo tempore hunc esse scriptum, antequam quidquam in U corrigeretur. ad W autem L correxit locos 189, 19. 190, 14. 195, 20. Aristoxeni textum ex U haustum putat Marquard p. XXXII.

διὰ πασῶν διὰ πέντε (ita B) τριπλ. ὃν ἔχει ὁ κδ πρὸς τόν. unde vides e duobus codicibus discrepantias conferri. ad tertium hunc fontem revoco octo correctiones a B alienas.

In Alypio maxima ei similitudo intercedit cum M. omittunt L.
τρόπου 370, 1, habent *ἔχοντα* 3, om. *καθειλκυσμένον* 32, (44)
om. *κάτω νεῦον* 371, 13, habent *μείζων* 372, 10, *ὑποαιόλου* 373, 1, om. *τρίτην* et inserunt in fine toni, om. *παράμεσον* 375, 22, hab. *ἀριστερόν* 31. eadem est formarum similitudo in signis musicis; congruit enim forma minuscula μ in 7^a et 17^a, congruunt formae 8^b et 9^b ut dedi p. 369, formae 15 (θΗ) et 16^b.[1] eaedem sunt formae in parypata hypaton t. hypolydi ∀, in eiusdem trita diez. Ɛ, in trita hypb. *ε*, in lich. hypb. Ζ et cet. qui autem suis ipse oculis formas illas comparabit, is certissime sibi persuabit propinquos esse L et M; cumque U Marciani filius, Lipsiensis autem pater aliis indiciis nuncupetur, id ad Alypi tabulas nobiscum referre nemo dubitabit.

In Gaudentio habet *αὖ τὸ* 328, 19, *δὴ* 329, 13, *λίμμα* 342, 9, *μεγάλου* pro *τετάρτου* 351, 16 cum U communia et alia multa eiusmodi. In Nicomacho congruit *Πυθαγορικοῦ*, *ὑπαγορευθὲν ἐξ ὑπογίου*, *κεφάλαια τῶν*, 236, 8 *ἐκείνων*, 237, 8 *παρὰ*, 12 *φορτίων*, 14 *ἀπερισπάτου*, 238, 8 *εἰσαγωγή*, 19 *διδασκάλου*, 239, 1 *διηρημένοις διεστώς*, 3 *ἐμφαῖνον τοῖς ἐπιστήμασι*, 243, 11 *ὑδραύλους* superscripto α, adde titulum libri II multaque alia. itemque in Aristidis tabulis eos video concinentes, ut de intima necessitate nullo loco dubitandum sit. quae cum ita essent, cumque L ubi excussus esset ex ipso U se ortum esse nuncuparet, atque e Ps. Euclidis isagoga quidquid videram in U plane cum L concordaret: quod vulgarium lectionum taedio victus non omnia ex U diligenter notaveram, utile duxi in huius libelli discrepantiis pro U ponere lectiones Lipsienses. — Naumann, catal. libr. manuscr. p. 9.

Londini exstant in Mus. Brit.: (45)

Lond. Harleianus 5691. ch. S. XV. Bry., AQ., al. olim collegii Agen. Cat. of Harleian msc. III (1808) 288. Jahn AQ. LI.

---

1 Lips. habet 16^b similem ac dedi p. 369, nisi quod altera linea sursum curvatur.

(46) Lond. Burneianus 101. ch. 4°. S. XVI. Ptol. Porph. (deest prooem.) Cat. *New series* (1840) II 43.

(47) Lond. Burn. 102. ch. fol. S. XVI. Ptol. cum scholiis marginalibus et interlinearibus (cf. Barb. II 86). ib. 44.

(48) Lond. Burn. 103. ch. fol. S. XVI. Porph. (tit. a 2 manu Bryenni). ib. 44.

(49) Mus. Brit. add. 19 353. ch. fol. S. XVI. Arx., Porph. in I et II, AQ., Alypius. *Cat. of additions* IV (1868). p. 225.[1]

(50) Lugdunensis (Batavorum) n. 47 Scaligeranus, chart. 4° min. S. XVI variis manibus scriptus. insunt: Alypius, Nicom. II ll., Arx., AQ., Bacchius, Dionysius (Ps. Bacch. Bell.), Anon., hymni. — Hoc usus est Meibomius in recensendo musicorum contextu. in Alypio nihil fere differt a M, Nicomachum quoque (duo sunt libri!) ex M familia petivisse videtur, habet enim *Πυθαγορικοῦ*, *ἁρμονικῆς*, capitum numeros in indice, 236, 8 *ἐκείνων*, 12 *ηὑρέθησαν*, 237, 8 *παρὰ*, 12 *φορτίον*, multaque alia quae concinunt cum M. quod autem exhibet in titulo *κεφάλαια ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ* (quae om. M), ortus videtur ex U. — Ab Aristide teste Meibomio ea incipiunt, quae alius librarius scripsit.

Bacchium autem mihi persuasi petitum esse ex Par. 2532 (v. Bacch. Arg. 1890. 28) idemque factum esse in hymnis invenit Bellermann (hymn. 18). in emendando Aristide Meibomius, qui ad hunc Scaligeranum duos Parisinos adhibuit, negat p. 224 meliorem se ibi textum invenisse. adhibuisse videtur P. 2532, is enim exhibet diagrammatis in I 7 duas formas, quas Meibomius indicat. sin vero ne in Aristidis quidem verbis et formis multum interest inter hunc Lugd. et illum Par., omnes has partes ab Aristide usque ad hymnos Scaligerani librarium petivisse suspicor ex Par. 2532.

---

1 Londinus Burneianus 124. S. XVII. continet pauca e Porphyri commentario excerpta. Cat. p. 48. De Ptolemaei codice qui olim fuit Laud archiepiscopi v. (90) Ox. Joh.

Petrus v. d. Aa, Catal. (1716) p. 341. hunc Meibomi (50)
principem fontem Studemund examinavit (v. Amsel 124) et ad Nicomachi exemplar adscripsit acuratissime eum a Meibomio esse comparatum vixque ulla in re ab eius lectionibus textum typis excussum recedere.

Lugd. Voss. 60. chart. anni 1557. Arx., Nic. — Hic (51)
exhibet in Arx. locos illos e Cleonide citatos, de quibus v. Marquardi A. 392 et hunc librum infra p. 171. e Nicomacho contulit Studemund p. 1—18 M. conspirat cum U, cum habet *βιβλ.* α, om. *διὰ* 236, 16, habet *παρὰ τοῖς* 237, 8, *φορτίον* 12, *διῃρημένοις* 239, 1. recedit autem ab hoc, cum scribit *ὑπὸ μνηματῆς* 236, 3, *τόπῳ* pro *Τιμαίῳ* 14, *ἐπὶ* pro *περὶ* 237, 12, *ὁ μὲν* pro *ὅμως* 15, *πυνθανώμεθα* (U ind.) 238, 12, *ἐξηγούμενοι* pro *ἐξηγούμην σοι* 14. Nicomachum transscriptum Studemund existimavit e Scal., ita tamen ut et Vat. 198 consuleretur. errorum numerus est magnus, ut *ἐποιήσαμεν* 238, 15, *διεστός* 239, 1, *ἐγέρασι* 2, *ἐπιστήμασι* 6, nec quidquam fuit quod in constituendo textu respicerem. Petri Cat. p. 195.

Lugd. Voss. 68. Porph. Bacch. AQ. Petri Cat. p. 394. (52)

Lugd. Voss. 70 anni 1556. Ptol. — Cat. ib. (53)

Lugd. 133 (XVIII. 16. F). S. XVII. Porph. e cod. (54)
Magd. comparatus cum Ox. Bar. et alio Ox. Bodl. a Langbainio. Scholia in Ptol. harm. *Μή τις οἰέσθω* (= Ptol. III 16) a Barlaam refutata (Franz de musicis). finis *οὐδὲν χρησιμεύουσιν* (Fr. 20, 30). reliqua desiderantur. Geel, Cat. libr. qui post a. 1741 accesserunt. p. 32.

Lugd. 135 (XVIII Per. F. 41). ch. fol. S. XVI. Ano- (55)
nymi introd. harm. scriptus manu Bonav. Vulcanii; videtur fuisse Burmanni Sec. est Euclidis vel Cleonidis illa isagoge, sed insunt p. 185, 19 verba Aristidis *προσλαμβανόμενος μὲν οὖν* c. 6 p. 10, 6 ad *δύναμις ἵστατο* 11, 36. cf. Meib. ad AQ. 208. ita inserit sententias Aristidis etiam p. 187, 2 et 19. socii sunt (156) codex Possevini et Par. (143) suppl. 449. Geel 40.

Lutetiam vide sub P.

Matritensis (bibl. populi) N 48, chart. 4⁰. S. XIV. (56

(56) insunt praeter Nicomachi et Diophanti artes arithmeticas Zosimi (Cleonidis) isagoge et Euclidis sectio. *Ζωσίμου* autem nomen antiqua ut videtur aetate scriptum facile apparet in titulo positum esse ex subscriptione illa Marciani *Ζώσιμος διώρθου ἐν Κωνσταντινουπόλει εὐτυχῶς*. (addit autem recentior quidam, fortasse Constantinus Lascaris: *περὶ ἁρμονικῆς*). ex archetypo igitur titulus libelli videtur afuisse. in ipsa autem isagoga p. 179, 5 cum habeat *τάξιν τῶν συγκειμένων ἔχον*, conspirare eum video cum W. idem finem facit isagoges voce *φωνῆς* p. 207, 7, ut facere dicitur Vat. 1341 et olim fecit Marc. appictum est postea, quid sit diagramma et dynamis, inserto titulo *εἰσαγωγῆς ἁρμονικὴ εὐκλείδου*, similiter ac scriptum videmus in Marc. hac tamen re differre ait Ruelle Matr. codicem a Marc., quod multo plura (50 fere lineas, quales sunt apud Meib.) hic contineat. denique et Matr. isagogen finit verbis *οὗτος ὁ ὅρος τῆς* . . . ut finiunt reliqui libri. Iriarte Cat. p. 136. Ruelle Archives III, II 575.

(57) Matr. N 62. 4^0. S. XV (Const. Lascaris 1460 Mediolani). Plutarchi apophthegmata imperatorum aliaque latina. accedunt incerti auctoris de musica quae edidit Ruelle p. 610. *Δὶς διὰ τεσσάρων μουσικῶν τουτέστι δι' ὀκτὼ φθόγγων* usque ad 612 *καὶ τέσσαρες ἔνθεν*. transscripsit autem Galland 1883 etiam haec: *ἢ τὸ [δὶς] διὰ τεσσάρων· ἐκ δ μὲν φθόγγων συνίσταται, τριῶν δὲ διαστημάτων. ἀναλογεῖ ὁ μὲν φθόγγος ὅρῳ προτάσεως, τὸ δὲ διάστημα αὐτῇ τῇ προτάσει· διὰ τοῦτο οἱ δ φθόγγοι τρία διαστήματα ἔχουσιν· ὥσπερ καὶ οἱ δ ὅροι τρεῖς προτάσεις. μετὰ δὲ τὸ διὰ τεσσάρων ἐστὶ τὸ διὰ πέντε· ἐκ φθόγγων μὲν ε, διαστημάτων δὲ δ. τὸ διὰ πασῶν ἐκ φθόγγων μέν ἐστιν ὀκτώ, διαστημάτων δὲ ζ.* — Iriarte no. 62. Ruelle l. l. 569.

(58) Matr. O 35. ch. fol. S. XVI (Corn. Murmuris Naupl. scr. Ven. 1554). Ptol. (textus similis A et B Wall.) Porph. I et II, AQ., Arx., Nicom., Bry. iterumque Ptol. (ad III 14) cuius textus Ruellio abhorrere videtur a reliquorum codicum verbis.

Notarum diagrammata et harmoniarum scalas ex AQ. (58)
publicavit Ruelle 608. unde apparet non cum V, sed cum U hanc recensionem cohaerere. harmoniarum autem tabula ex AQ I 9 p. 22 ita est disponenda, ut e 24 sonis doriis, quos linea 2 comprehendit, 9 revocentur ad harm. dor., dein 6 (supra omissi) ad lydiam, 9 ad doriam. e phrygia harmonia 7 primi soni (in sup. linea scripti apud U) perierunt, manserunt postremi ΔU; sex signa quae sequuntur sunt harm. ionicae, sequitur inferior ordo (crusis) phrygiorum (7 signa) et 2 notae ionicae Γ<. in 4. linea habes reliqua ionica (quorum 2 perierunt, ultima cΠϵ facile agnoscuntur et inveniuntur in Bell. tab. 5) et 5 mixolydia (a 4 ad 8). aberravit autem librarius a ρπZ ad similes notas quae praecesserant cπϵ, repetivit ϵ et omnes notas mixolydias (8 ad πZ), his adiunxit 6 signa syntonolydia (cf. U), in ultima linea habet 6 notas mix. et 5 synt. (cf. U): ita omnia ex U oriri facile potuerunt. Ruelle 566. 608.

Mediolani in bibliotheca Ambrosiana servantur: (59)
Mediol. Ambr. E 19 ord inf. chart. fol. S. XV—XVI, qui continet eleganter scriptos libellos AQ., Arx., Ptol., Porph. comm. in duos libros Ptol., Alypi, Gaud., Nicom. duos ll., Bry. alia manus adiunxit f. 253 Bacchium et f. 254 Dionysium qui falso Bacchius dicitur, eadem et correxit nonnulla in Ptolemaeo.

Hunc ego anno 1889 in Italiam ingressus primum inspexi, et quod e numero librorum Nicomacheorum suspicari licet, id magis magisque mihi probavi, ortum illum esse ex codice Bessarionis U. libri Ptolemaei iisdem figuris et schematis ornati sunt atque Venetus. in Gaudentio habet *αὖ τὸ* 328, 19, *μέρη* (pro *μέλη*) 329, 15, *μὲν δὴ* 331, 24, *λίμμα* 342, 9 ss., *αὐτοί* 345, 4, *μεγάλου* 351, 16, *ἀντίνυ* 352, 3, *ὑπάτων* 332, 14 (sed *ὑπατῶν* 11 et saepe alias), omnia ut in U. ubi vero correxit U, hic A servat vetustas lectiones *τρίτη* 333, 22 et ⊐ 352, 22 ostenditque Bononiensi se esse maiorem.

In Nicomacho habes titulum *Πυθαγορικοῦ, ἁρμονικῆς*

(59) *ἐγχειρίδιον*, habes *πλανήτας* 236, 7, *τῇ* 10, om. *τὴν* 11, *ηὑρέθησαν* 12, *ὑπομνήματι* (*ὁ* add. A[2]) *παρὰ τοῖς ἀρμ.* 237, 8, *φορτίων* 12, *διδασκάλου* 238, 19, *διηρημένοις καὶ διεστὼς* 239, 1, *ἐμφαῖνον τοῖς ἐπιστήμασι* 5, *ἰδία* 244, 11, *κατὰ συναφὴ* 14, *διαγωνίου* 246, 22, *ὡς ἐγ' ἔσται ποτὲ δοίξε σοι* 249, 6, *γλώσση δίφθογγος* 255, 14, et in U cum ab initio exstiterit 249, 11 *τὸ διὰ πέντε γίνεται σύστημα*, deinde additum sit *ἡ* post *τὸ* in textu et *συμφωνία* in margine, Ambr. transscripsit *τὸ συμφωνία ἡ διὰ πέντε γίνεται σύστημα*. cf. Amsel-Studmd. p. 127.

(60) De cod. Ambr. J 30 ord. inf. qui continet AQ. aliosque libellos vide Jahn p. XLVII 3.

(61) Ambr. J 89 inf. chart. fol. S. XVI continet AQ., Arx., Ptol. huius quae Studemund comparavit, ea ex eodem codice transscripta videbantur atque (59) Ambr. quem modo descripsimus. (Amsel l. l.) ergo hic quoque sua petivit ex codice Bessarionis U.

(62) Ambr. S 133 sup. continet Gaudentium latine versum. ad locum p. 340, 4 notavit Studemund, quae adscripserit N mg., ea exstare etiam in versione Ambrosiana. vide an haec scripta sit a Georgio Valla, cuius erat ille N.

(63) Monacensis 29. ch. fol. S. XVI. Procli schol. Theonis expositio ar. et mus. Hardt Catal. I 162.

(64) Monacensis 98. ch. fol. S. XVI continet Pselli eosdem fere libros atque (19) Esc. Φ III 1 et (26) Laur. 58, 2. Hardt I 513.

65) Monacensis 104, chart. fol. S. XVI scriptus Venetiis 1552 a Francisco Cladio. insunt AQ., Bry., Ps. Eucl., Eucl., Arx., Alypius, Gaud., Nicom. I. II. in versibus autem huius partis fini adscriptis cum praedicetur Bessarionis liberalitas, opes huius codicis facile credas haustas esse e libro U, quem ille *ἄριστον* dicit *καὶ δυσεύρετον*. congruit etiam doctrinarum ordo (nisi quod tres libellos addit U) et congruunt lectiones. nempe idem est isagoges polyonymae titulus eaedemque sunt lectiones *τάξιν τῶν συγκειμένων ἔχον* et ordo partium p. 179, *τιθεῖται*

180, *καθ' αὐτῶν* (ita Mon.) 181 et cet. (cf. Par. quem (65) numeravi 114). congruunt lectiones et in Euclidis sectione atque Zosimo subscripto, quae autem correcta sunt in U, ea Cladius invenit correcta. transgressus ad Gaudentium repetere possum quae de locis Bononiensis et Ambrosiani cum U concinentibus rettuli, et e Nicomacho quae enotata sunt pariter in hunc Mon. quadrant (adde *ὑδραύλους* 243 correctum in *ὕδραυλα*). filius igitur hic quoque est codicis Rhosi. in minoribus quidem rebus hic M, qui filiorum videtur esse ortu minimus (cf. res in Euclide correctas) nonnunquam a Uen. Ambr. Bon. recedit, ut *φορτίω* 237, *διηρημένον καὶ διεστός* 239, 1, *δυεῖν* 18, *ᾧντο* 19, *κινουμένου* 241, 22 et sim. 242, 3).

Post Nicomachum adscripsit aliquis *ἐξισώθη τῷ ἑαυτοῦ πρωτοτύπῳ ὡς ἦν δυνατόν.* manus videtur esse eadem quae in Aristide multa correxit in mg. apposito *ἴσς*. — in fol. autem 239 ab eo qui ipsum librum scripsit invenis addita: *ἐνετίησιν ἐξεγράφη διὰ χειρὸς φραγγίσκου κλαδίου τοῦ κρητός· ἔτει ἀπὸ τῆς θεογονίας* ͵α$^{\psi}$φ$^{\psi}$νβ$^{\psi}$, *νοεμβρίου ὀγδόῃ φθίνοντος. ὁ γράψας ὡς ἀπὸ τῆς βίβλου.*

ἔμπλεον ἑλλαδικῶν χαρίτων βίβλον εἴ με καθέξης,
γνοίης ἂν μουσέων εὔτονον ἁρμονίην·
φεῦ, ἣν βησσαρίων ὁ πολὺς μὴν, οἶδας ὃν αὐδῶ,
πᾶσι χαριζομένην λεῖπέ με μουσοπόλοις.
ἀσμένως ἀλλὰ δέχευ, φίλε μουσῶν· τῆς δὲ γὰρ αἰεὶ
τερπωλὴν κραδίῃ γενόμενος κομίσῃ.

Alia manu scripta exstat in altera codicis parte fol. 289 hormasia[1] illa, quam habes infra in p. 421, et canon hypolydius sonos 25 comprehendens. hunc ter adhuc expressum[2] repetivissem, nisi e Vaticano meliora sub-

1 Hic sonorum ordo primum editus est a Zarlino *Sopplimenti musicali* (Venet. 1588) e codice Michaelis Soffiani da Scio (Sophiani Chii † 1565). cf. Fétis, *Mémoire sur l'harmonie simultanée* 1858. Ruelle Archives III, II 530.

2 Vincent Notices XVI, 2 p. 258. Tzetzes *Über die altgriech. Musik in der christl. Kirche.* München 1874. p. 101. Ruelle Archives III, II 607.

(65) sidia accessura sperarem. nunc id dico, χ significari quinque sonos chromaticos inter genus diatonum intercalatos, φ referendum videri cum Tzetze (quem citavi in annot.) p. 102 ad *φϑόροι*. hos autem quinque sonos a Vincentio nulla arte critica tractatos rectene Ruelle p. 535 referat ad sonos phrygios reliquo ordine acutiores, melius iudicabit qui Vat. 192 adhibuerit. sequuntur in Mon. fol. 290 ea, quae Vaticani 192 librarius e Theone et Bacchio excerpsit. nam docetur, quid Thrasyllus de secando canone (c. 35. 36) et de analogiis (arithmeticam dico geometricam harmonicam) et de limmate praeceperit (Theo c. 35—36. 33—34), sequuntur sententiae Bacchii § 44—49, 11—12, quas Ruelle p. 609 e cod. (16) Escorialensi publicavit. et facile perspicitur hunc librarium sua petivisse e cod. Vat. 192. eadem enim, quae ille, et peccat et omittit in Theone 88, 21. 89, 19. 90, 2. 85, 20. 24. 86, 9. et si quid ibi male scriptum erat, ipse pravam exhibet lectionem, ut *πᾶσιν* 87, 17, *διαισιαῖον λῆμμα*, numeros 86, 8. 15. 16, *πρὸς* pro *τρὶς* 86, 17. Bacchii quoque doctrinam inde fluxisse vides ex illo *λύδιος πόσῳ* (Ru. ann. *f.*) et ex ipso sententiarum ordine. peccavit autem qui haec transscripsit in *τάσις* (Ru. an. *b*), *τριημιτόνῳ* (*g*). quae tamen de tono hypodorio omittit Escor., ea exhibet Mon. plenior Escorialensi idem est in § 6 (exc. ex B. 11), nam quinque symphoniarum signa exhibet sicut Vat. (vide infra). diagramma autem tonorum omittit. — denique idem, qui priorem codicis partem probaverat, videtur hic quoque ascripsisse *ἐξισώϑη τῷ ἑαυτοῦ πρωτοτύπῳ*. sequitur Hephaestionis enchiridion a tertio librario scriptum. — cf. cod. 16. 36. 149[a]. Catal. Hardt I p. 551 et Jahn in AQ. LII. diligentissime excussit mihique schedulas liberaliter commodavit H. Deiters.

(66) Monacensis 159. bomb. fol. S. XIV. Laertius Diog. prooemium. alia Sextus Empir. adv. mathem. Hardt II 186.

(67) Monac. 193. chart. fol. S. XVI A. Darmari cum corr. marg. Ptolemaei harm. ad III 16. — Hardt II 263.

Monac. 200. chart. fol. S. XV—XVI. Aristotelis phys. auscult. al. Ptolemaei harm.—III 13 cum scholiis interlin. ἕξεις (περὶ τῶν ἐν ἁρμονίᾳ κριτηρίων cap. titulus) οὐ ψυχρότης ἢ θερμότης ἀλλὰ πλῆξις φωνητική. cf. Barb. II 86. insunt et schol. marg. ὅρος ἁρμονικῆς. ὅρος ψόφου. ἀκοὴ ὕλη λόγος εἶδος αἴτιον, omnia redeunt in Barb. H. II 333. (68)

Monac. 215. chart. 4°. S. XV. (signavi O). prior pars a Michael Lygizo eleganter scripta continet Ptotini Enneades. altera pars crassa arundine et alia manu minus bene scripta repetit libellos Veneti VI 10 eodem ordine dispositos. et in Aristidis diagrammatis contextuque eos inter se consentire docui in Fleckeiseni *Jahrbücher* 1890, 684. in Bacchio quoque omnia concordare (ἀπέσχατον, ἀπόμεσον, συμπλέκεται, ἐκφώνησιν, ἐπίτριτον, τεθρήκω, etiam orthographiam οὐθέν et iota subscripta) docui in Bacchio Arg. 1890 edito p. 27. omisit autem librarius signum ⊢ 293, 18, scripsit —υ netae signa 294, 6, desiluit a voce μιξολυδίου 303, 11 ad eandem 14, et a μέσον 307, 16 ad idem 19, omisit signa CC 297, 14, unde facile filios (ut Par. 2532) agnosces et nepotes. hymnos, si placebit, ipse comparare poteris et hac in tabula II et in Bellermanni editione tab. I exaratos. (filios puto Par. 2532. 2458. Berol. 1555; eiusdem est familiae Par. 2460). — Argentorati 1890 ipse excussi. — H. II 418. Bellermann Hymni 9. 18. Caesar *Grundzüge der Rhythmik* 37. Jahn AQ. LIII. (69)

Mon. 301. ch. 4°. S. XVI (A. Darmari), Nicom. II. H. III 234. (70)

Mon. 361 (olim Augustanus) ch. fol. S. XIII. (Euclidis varia.) Aristoteles probl. XIX 1 ss. Theodori Sophiani astrol. et musica, sectio 2. est vero sumptum ex Ptolemaei arte harmonica II 1 et 2. Ptol. l. III. H. IV 45. (71ᵃ)

Mon. (olim Augustanus) 403. ch. fol. S. XV. Theonis arithm. et mus. Pselli animae gener. H. IV 246. (71ᵇ)

Mon. (Aug.) 418. ch. fol. S. XVI (A. Darmar. 1564). AQ. Caesar 38 (Marburg 1861) similem hunc dicit (44) Lipsiensi et (65) Monacensi. H. IV 246. (72)

(73) **Mutinensis** II F 8. ch. S. XV. Bry., AQ., Anon., Bacch., Ps. Bch., hymni. ab exitu Aristidis quae sequuntur fol. 87 altera manu scripta sunt. et e primo diagrammate Aristidis elucet[1] hunc esse familiae V, omittit enim α et crucem illam, π habet 5^b, ∃ 11^b, ⅄ 19^a, (24^a om.), λ 24^b, num. β ante 26, ⋟ 30^b nec multo distat 30^a, lineam finit signo 34^a. idem manifestum fit ex altero diagrammate (p. 22). est enim phrygiorum 5^b <, adest mixolydiorum 2^b < (quod om. U). contextus autem partes harmoniis illis immixtas[2] qui comparaverit in propinquis codd. (ut est (75) Neap. 1), archetypum celeriter inveniet et manifesto demonstrabit. huius filium esse puto (79) Neap. 5. in Mesomedis hymnis ea est versuum dispositio, ut e Neap. 1 hunc ortum esse mihi persuaserim. (Jahrbb. 1890. 681). codex olim erat Georgi Vallae et Alberti Pii, sicuti 13^b, 74^a, ^{b}, 76. ipse inspexi 1889. Jan in Bch. Arg.[1] 31. Stud.-Ams. 123.

(74^a) Mut. . . . 85. S. XV. [Psellus] Syntagma IV scient.

(74^b) Mut. . . . 149. Porph. hi quoque erant Ggi. Vallae. *Cenni storici della bibl. Estense* (Mod. 1873). Heiberg in Philologo XLII 434.

(75) **Neapolitanus** III C 1 (olim 259). chart. interiectis foliis membranaceis, fol. min. S. XV. scripsit *ταπεινὸς Πέτρος*, nam legitur in fine *δῶρον καὶ πόνος τ. Πέτρου:* insunt Nicomachi ars arithm. cum scholiis Philoponi, Plutarchi mus., Porphyri comm., Aristides, Anonymi, Bacchius, Dionysius Bell., hymni. et Ptolemaei quidem initium *Ἁρμονική ἐστιν* -:- *δύναμις* similis est Ven. VI 10. cf. *καὶ βαρύ* (om. *τό*) *ἴδιον ἐστί, οἰκεία* et inopiam diagrammatum.

---

1 E Vat. 192 eum non transscriptum esse demonstratur altero ordine phrygiorum, ubi Vat. omittit duo signa, Mut. habet. cum Neap. III C 5 concinunt: lyd. 8^b N, ion. 3^a et synt. 3^a ⪯, phry. 6^b C, synt. 1^a Ͻ.

2 Habet Mut. post doriorum ordinem priorem *τῶν ἠθῶν τὰς τῶν φθόγγων*, post alterum ordinem *ποιότητας ἅρμο*, post phrygiorum et ioniorum titulos: *ττόμενοι περὶ*, post ion.^{a} *μὲν οὖν τούτων ὑ. ἀ. ἱεροῦ*, post synt. tit. *μὲν τανῦν δὲ*.

Ptolemaei et Porphyri doctrina ad eundem finem ducitur (75) atque in Ven. Aristidis signa musica optime inter eos concinunt, omittit uterque duas notas ꟺ et E in ultima linea expositionis secundum tonum p. 27, 9 M. etiam Bacchii isagogen e V, nec tamen e Mon. videtur petivisse (Bacch. Argent. 31); filium igitur Veneti dicas. sed in hymnorum forma, quam exprimendam curavit Bellermann in tab. IV, is est versuum ordo, (cum modo unus modo tres versus omittantur, nec causa huius dispositionis ex ipso Neap. intellegatur, facilius ex archetypo quodam repetatur,) ut intercessisse putem librum aliquem inter V et N. (Bacch. ib. et Jahrbücher 1890, 686). filium repperi Mutinae. inspexi 1891. — Cyrilli cat. II p. 339. Bellermann in Anon. 1. Hymni 18. Studemund-Amsel 154.

Neap. III C 2 (olim 260). ch. 4⁰. S. XV. in priore N. (76) parte insunt Hippocrates de urinis, Gaudentius, Theo cum Pappi isagoga, Aristox., excerpta Neap., opticae hypotheses, Damiani optica. in altera parte, quae arundine optime exarata est, habes Cleonidem, Euclidem, Barlaami logistica et arithmetica et de solis eclipsi.

Gaudenti contextus tribus diagrammatis ornatus est (ut in Barb. et Hamb. n. 36) nec tamen verbis longe distat a Vat. vel Ven. Theonis expositionem codex incipit a musica (p. 46 H.) et exhibet usque ad c. 12 *ἀνέσεως τοῦ πνεύματος* (p. 57, 6). hinc sequitur inscripta *ἐκ τῶν τοῦ Πάππου* isagogae Euclideae ea forma, quam Cramer edidit in Anecd. Par. I 47. (socios numeravi 12. 36. 42. 118. 151. 159. 173. 187.) hae autem lectiones cum fere omnibus in libris concordent, Neapoli enotare supersedi. — In Aristoxeni titulis concinit cum Marciano VI 3. habet enim *Ἀ. πρὸ τῶν ἁρμκ. στοιχείων. Ἀ. ἁρμκ. στοιχείων Β, Ἀ. στοιχείων ἁρμκ. Γ* (Mq. 360). in fine autem habet addita, quae tertia manus in M. adscripsit. Marquard cum partem aliquam comparasset, similem esse codici Riccardiano, mendorum autem minus inesse vidit. — Sequuntur *Πτολεμαίου μουσικά*, quae imprimenda curavi sub n. IX. qua in parte plenior hic est quam Par. suppl. 449 in § 18

N. ἡμιόλιος τοῦ ιβ et ἐπογδόῳ λόγῳ et numero κα γ′ in § 24.
(76) in iis rebus, quas cum Par. 3027 habet communes, nunc hunc, nunc illum vides ampliorem; fratres eos dicas. in Nicomachi autem partibus, quas hic excerpsit, lectiones nobis praebet optimas τηνικαῦτά φασιν p. 266, παρυπάτης, λαμβάνουσιν, καὶ τοῦ καταλειπ., καὶ ἀπὸ τούτου τοῦ φιβ, 267 s., καὶ εὑρίσκομεν 271.

Alter librarius magnis atque formosis litteris inscripsit artem Cleonidis. initiales litterae magna elegantia pictae in mentes legentium revocant formas Joannis Rhosi Cretensis qui confecit Uen. 322; eadem autem manu scripti videntur Barberinus II 86 et Vat. 221. titulus libelli est Κλεονείδου εἰσαγωγή, οὗ ἡ ἀρχή (cf. 36 Ricc.), petita autem videntur verba e Marc. VI 3. conspirat enim N cum M in Eucl. 149, 5 et 7 προθέσει, 12 πολλαπλασίονι, 150, 6 πρὸς τὸ β, 7 π.πλάσιον, 151, 2 om. quattuor vocabula, 152, 7 μόνον, 158, 11 ὧν, 161, 14 et 16 ὅ ἐστι. in Cleon. 179, 3 τε, 4 om. ἐστιν, 5 τε, 7 π. γενῶν, π. μελοποιίας, π. συστ., π. τόνου, 180, 19 τιθεῖσα, om. διαστάσεις, 20 διαστήματα, 181, 4 βαρύτητα. ὀξύτης δὲ τὸ δι' ἐπιτάσεως γινόμενον ἀποτέλεσμα. ἀμφοῖν γάρ, 182, 4 εἰσὶν οἱ μὲν ἐν τῷ διατ., 184, 15 om. λιχανὸς ὑπάτων, 185,7—9 om., 186, 10 ὑπάτη, 187, 4 καὶ ἢ κατὰ, 7 κατὰ μέγεθος, 188, 1 μὴ ὥστε ἢ καθ. ἀλλὰ τραχυνθῆναι, 189, 21 δισιαίω (pr. ι in ras.), 190—191, 1 ἡμιόλιον καὶ, 191, 8 omittit, 193, 12 γένη, 199, 12 τῶν διέσεων συνημ., 202, 12 κελαδήσωμεν, 205, 2 μελωποιίαν M[1]. plus etiam id valet, quod in accentibus conspirant, ut τετᾶσθαι habeant 181, 8 et τέ-λεία duobus tonis signatum 200, 10. gravioris momenti id quoque esse videbatur, quod σύγγεινται et συγγείμενα exstat in N (149, 1 et 8), cum forma litterae κ scripta in M facile confundatur cum γ. his ego rebus commotus necessitudinem huic N cum M intercedere statui. e V autem N non transscriptum esse manifestum est, quia plura illo continet 191, 1. 8. 192, 4. 195, 6. 203. 204 cet. ex iis quidem quae differunt inter N et MV plurima librarius ex suo ipse ingenio emendare potuit, ut si in sonorum

tabulis (isag. c. 4) omissa supplevit vel harmoniarum N.
species (c. 9) et tredecim tonos (c. 12) in meliorem or- (76)
dinem redegit[1], hinc etiam factum esse puto, ut cum Pappi codicibus non paucis locis N consentiat.[2] quamquam quibusdam locis bono archetypo uti videtur, ut in ὁμοιολίαν 191, 1 et in illo εἰ περὶ ἄξις 195, 6 et illis quae docet de metabola p. 205, 13. haec si respexeris, quaeres an duobus fontibus hic N usus sit. ac sectionis fontem qui diligenter examinavit, is alium fontem praeter M subesse non potest negare. nam non solum litteras in protasi 6 demonstranda N habet integras, diagrammatum lineas multo melius quam M^2 describit, ad fig. 15 veras numerorum rationes annotat, fig. 17 et 18 in M depravatas ille restituit. peritissimum rerum mathematicarum dixeris hunc hominem, qui omnia tanta sollertia emendaverit. at qui codicem N scripsit, non ipse hac laude dignus est, quippe qui falsis locis omnia diagrammata posuerit, ut fig. 18 exstet prope protasin 8. (qui autem suo ingenio Euclidis diagrammata restituit, is profecto suo quidque loco collocavit.) quae cum ita sint, si N fluxit ex M intercessisse oportet inter eos alium codicem, quem qui conficeret, eum artis mathematicae fuisse peritum. itaque quamvis magna similitudo huic cum M intercedat, quo magis res perpendo, eo magis animus inclinat, ut ex M eum manasse negem ac proprium potius eumque egregium fontem librorum Euclideorum dicam.

Duo autem homines docti, qui scholia in marginibus prioris partis ascripserunt, huic quoque alteri parti operam impenderunt. ut p. 181, 4 in mg. is qui minoribus litteris utitur addidit *βαρύτης μέν ἐστι τὸ δι' ἀνέσεως γινόμενον ἀποτέλεσμα*, et 182, 1 *καὶ διέσιν*, et sonos qui omissi erant corrector supplevit 182, 13. ad 186, 14 autem

1 Huc revoco 192, 11 *καὶ τόνον*, 12 *ἐν ἀριθμῷ*, 194, 21 *δίς*, 198, 14 *τοῦ*, 201, 10 *ἑκατέρῳ*.

2 P. 186, 11. 22. 187, 17. 190, 10 *διαιρέσει* et *τεταρτημ*. al. differunt autem praeter titulum et prooemium in 181, 4—6. 185, 7. 187, 16. 188, 2. 13. 16. 189, 2. 10. 17. 20. 21. 191, 7.

N. alter homo (qui haud scio an fuerit Valla) opposuit:
(76) *διάτονον οὐ μετέχει πυκνοῦ*, idemque ad 187, 15 notavit *διάφωνα* et paulo post *τί συμφωνία*; circa 190, 14 *ποσαχῶς διαιρεῖται γένος*, 199, 18 *πόσαι συναφαί*. et exitum versus *μεταβολὴ ποσαχῶς*. etiam diagrammata illa p. 193 et alia in Pappi quam ferunt doctrina postea inscripta sunt.

Fuisse autem Georgi Vallae hunc librum ipse dicit in huius folio extremo *Γεωργίου Βάλλα ἐστὶ τὸ βιβλίον*, et ut multi libri scripti mortuo Valla venierunt Alberto Carpensi[1], ita hic codex, in quo legimus scriptum: *τοῦ λογιωτάτου ἄρχοντος ἀλβέρτου πίου*. cf. (73. 74) Mut. — Cyrilli cat. II 341. — Contuli Neapoli 1891. si quid postea desiderabam, R. Heinze et Tschiedel liberalissime suppeditaverunt.

(77) Neap. III C 3 (olim 261), chart. 8⁰. S. XV exeuntis, diversis manibus scriptus. insunt Porphyri prooemium commentarii in Ptol. (— *τοῦ προκειμένου*), tabulae et loci e Nicomacho et Ptolemaeo excerpti, Planudis versus de Ptolemaei geographia, tabula sonorum (exc. Neap. § 1—3), tabula e Ptolemaeo descripta. a fol. 5: Ptolemaei harmonica, Plutarchi Theonisque libelli de musica, Nicomachi man. I, Macrobi doctrina a Planude graece conversa, Ps.-Ptolemaei extrema capita cum Barlaami refutatione.

Hic excerpsit e Nicomachi harm. c. 3: *ἰστέον ὅτι τὰ ὀνόματα τῶν φθόγγων* et offert nobis bonam lectionem p. 241, 8 *μεγέθει καὶ τάχει καὶ τόπῳ ἀλλήλων παρηλλαγμένους*. Mercurii autem et Veneris locos mutat consentiens cum illo homine, qui (Nic. 272, 4) scribendi errorem suspicatur. pergit cap. 5: *ὁ Πυθαγόρας δὲ πάμπρωτος* consentitque cum Vat. in 245, 8 (*ἡ*). addit idem (fol. 2ᵛ) diagramma sonorum et stellarum ex Nicomachi c. 3 descriptum alterumque diagramma, quod incipiens a proslambanomeno naturam 18 sonorum in perfecto systemate constituit:

---

1 De hoc Alberto vide Blume iter III 21.

ἑστὼς Προσλαμβανόμενος ἄπυκνος (77)
τόνος
ἑστὼς ὑπάτη ὑπατῶν βαρύπυκνος, κ τ λ.

cum tamen lichanis diatonis librarius in eadem linea addiderit chromaticam et enarmoniam, habes systema ad Nic. c. 12 accomodatum. Planudis versus sequitur tabula numerorum, quam habes 412 in variis lectionibus lin. 10, X.
et ἀρχὴ τῶν μουσικῶν λόγων p. 411, ubi hunc codicem signavi X). quod in margine appictum erat, ἰστέον ὅτι τριῶν ὄντων τῶν ῥυθμῶν, id dedi p. 423 (an pro ῥυθμῶν ibi scribendum τόνων?). quamvis autem propinqui videantur et similes Neapp. (2 et 3) et Par., patrem aut filium in varietatibus illis non inveni, fratres potius dicam.[1] aliud sequitur diagramma, quo sonorum ordo is demonstratur, qui invenitur apud Ptolemaeum II 11: hic quoque adscribitur ἄπυκνος vel βαρύ- vel μεσόπυκνος additurque ἑστὼς vel κινούμενος.[2] hypatae autem meson hoc loco adscriptum est ὑποδώριος, parypatae meson ὑποφρύγιος idque factum usque ad neten diezeugmenon, cui datur ὑπερμιξολύδιος ὁ καὶ ὑπερφρύγιος. ad Ptolemaei igitur exemplum instituta est haec tabula (v. Wallis p. 73 fol. = 137 in 4⁰), nisi quod iastii quoque et aeolii toni similiumque in hunc ordinem intrusorum sonus princeps notatur.

Meliore deinde forma scripti sequuntur (fol. 5) libri Ptolemaei, videnturque sumpti esse ex codice qui non longe distabat a cod. U. de Plutarchi Theonisque doctrina nihil exscripsi, nisi huius finem μετὰ τῆς πρώτης ἀφορμῆς (qui est finis Nicomachi I). sequitur τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου καὶ μαξίμου τοῦ Πλανούδου ἐκ τῆς ἐξηγήσεως τοῦ δευτέρ. βιβλ. τὸ ἐκ τοῦ Σκειπίωνος ὄνειρον. inc. Πυ-

1 Par. plus habet in § 1 de num. 21 et 24, in § 2 de num. 24. 36. contra X meliora habet § 1 de num. 18, si fides est Vincentio, et plura quamquam non meliora habet X § 2 de n. 18.

2 Mobiles soni in priore systemate (fol. 2) nullo epitheto ornati sunt, ἑστὼς tantum sonis fixis adscriptum est.

x. *ϑαγόρας πρῶτος πάντων ἀνϑρώπων* (Macrobius I 1, 8).
(77) finitur *ἡ δὶς διὰ πασῶν περιέχει δώδεκα τόνους καὶ γίνεται ἐκ τετραπλασίου* (Ma. II 1, 25). — Nicomachi manuale (fol. 92) transscriptum puto e Vat. 198. consentiunt enim in 237, 9 *τὲ* cum accentu, 12 *φροντίδι*, 238, 4 *ὑπομειώσει*, 9 *πλήρει τ. λ. συλλογισμῶ*, 13 *ῥᾳονος*, 19 *δυ' ἔφασκον* (Vat. *διέφασκον*), 23 *ἐπὶ παντί*, 239, 1 *διηρϑρωμένοις*, itaque semper. 239, 7 *ὑπάρχει* uterque corrigit in *μετέχει*, 264, 34 neten dz. omittit uterque.

Meliore etiam scriptura quamquam minutis litteris addita sunt (fol. 101) capita illa, quae Nicephorus Gregoras ad artem Ptolemaei explendam scripsit (III 14—16), et Barlaami refutatio, quam edidit Joannes Franz Berolini 1840 (de musicis gr. commentatio). — Quod autem Nic. I, Planudis et Barlaami quae hic exstant redeunt in Urb. 77, propinquos hos dices. — Cyrillus II 341. inspexit hunc Studemund, excussi ego 1891, et si quid erat dubii, iterum inspexerunt R. Heinze et Rabe. (v. Philologum LII 1892, p. 28.

N. Neap. III C 4 (olim 262) chart. 8⁰. S. XV. insunt
(78) Bry., Bacch., Ps. Bacch., hymni, AQ., Anon., Ptol. III 16.

Et in Bacchio cum vidissem *ϑεοδώρου* exstare pedis bacchii exemplum § 101, 5, archetypum nactus esse mihi videbar Parisini illius 2456, propter quem 1890 Parisios adii. quae spes me fefellit. sunt illi quidem simillimi inter se, quod om. *τις* 292, 3 et *ἐστιν* 293, 1, quod explent lacunam 295, 18, habent *βαίνηται* 305, 4, *ἧς ἀνίεται* 306, 11, *οἱωδηποτοῦν* 307, 2, *ἀλλήλους* (*ἄλληλα* N) 12, et concinunt in formis notarum 2. 15. 18. vix tamen minor est numerus locorum, quibus inter se differant. nam ut statim rerum summam absolvam, Par. omittit 300, 2 *τίνες οὗτοι* usque ad ea voc. 5, et quinque vocabula 10, N autem omittit 303, 12 *δώρ.*— 15 *βαρύτ.* et 307, 13 *διάστ.* ad 15 *εἴδη*. gemelli igitur sunt, neuter neutrius filius. et hymnorum quidem hic N est optimus codex, qui signa musica inde a II 13 continet solus. Galileumque edidisse hymnos usum

hoc ipso codice, qui olim fuisset Farnesinorum, eodemque N.
libro homines inductos esse, ut Dionysium falso dicerent (78)
hymnorum esse poetam, Bacchium autem auctorem artis quae incohat *Τῇ μουσικῇ τέχνῃ*, apertum iam esse spero et manifestum (p. 454—56). depictum enim habes apud Bellermannum Hymn. tab. II titulum *Διονύσου* qui finem faciens iis, quae de sonorum rationibus docentur, ab hymnis est alienus. Anonymorum doctrinas non universas hic continet. omittit § 85—104 et substituit res nullius utilitatis. neque enim magni aestimabimus diagramma illud Bellermanni § 83, nec opus fuit repetere (§ 84) caput illud extremum, quod Nicephorus ad supplendum Ptolemaeum conscripsit. socium habemus huius N cod. Urb. 77.

In Aristide qui prima diagrammata comparat, primo forsitan obtutu hunc vindicet familiae U, quia exhibet *α* et crucem illam in Ven. omissam, omittit autem *B* quod praebet Ven. accuratius tamen qui examinaverit, videbit hunc concordare cum Vat. 192 (et Mut.), in quo eadem illa vel desunt vel adsunt. et e sex illis harmoniis I 9 clarissime elucet agere eum cum Vat. et stare a Ven. potius quam ab U. habet enim signum mixol. 2^b in U omissum, habet < ion. 6^b, concinit cum Ven. omnibus in rebus, quibus Vat. concinit, et habet ion. 2^b ⌉. huius igitur est frater vel e fratre filius. lydii etiam toni diagramma, quod prodiderunt Bellermann *Tonleitern* 77 (et Jahn in tab. I, Amsel tab.), huic cum Vat. 192 commune est. nec erravit A. Jahn, cum p. XLIX investigandum dixit codicem Galilei; ego inventum puto et comparandum. bonum hunc praedicat etiam Bellermann l. l. p. 77. — Cyrillus II 347. Bellermann Anon. 1, Hymni p. 9, cum specimine scripturae in tab. II et III. comparavi Bacchium Neapoli 1891.

Neap. III C 5 (olim 263), chart. 8⁰. S. XVI. insunt (79)
Ptol., Porph., AQ., Anon., Bacchius.

Hic male et sine omni diligentia scriptus in Ptolemaeo aliquot locis concinit cum Wallisi GJO. in Aristide est e familia Ven. VI 10 et multis in rebus accuratissime

(79) concinit cum Mut. nam contextus partes inter signa musica positae sunt in utroque eaedem[1], e cap. I 7 uterque universam quandam signorum seriem omittit. quae de hoc Neap. enotavit Bellermann *Tonl.* 67, omnia quadrant ad Mut. ille cum XV, hic XVI saeculo scriptus videatur, patrem illum esse suspiceris, hunc filium. in Bacchio quidem quae comparavi, ea ut concinunt cum Ven. VI 10, ita abhorrent a Neap. 1 et 4 propiusque accedunt ad Marc. VI 2. examinavi Neapoli 1891. Cyrillus II 248.

Oxoniae exstant in bibl. Bodleiana[2]:

(80) Ox. Baroccianus 41. ch. 4 min. S. XV. Ps. Eucl., Eucl., Arx., Alypius, Gaud., Nicom. II, Porph. hunc e charta et scriptura Wallis conicit confectum esse in orientis regione, librorum autem ordo in mentem nobis revocat codd. M et U (duos etiam attende esse libros Nic.). est autem illorum Oxx. quos Meibomius adhibuit antiquior, a Pembrochiae comite bibliothecae donatus (M in prooem. Gaud.), Wallis eum signavit D. cf. quae dicenda erunt ad (86) misc. 87. Coxe, Cat. (1893) I p. 59.

(81) Ox. Bar. 124. ch. 4⁰. S. XV. Ptol. Wallis signavit C. Coxe 200.

(82) Ox. Selden. 20 (olim 3363). ch. fol. S. XVI in. initio mutilus. de calculo motus solaris. Arx.[3], Alypius. desinunt signa in tono aeolio, ut fit in Vat. 191. depravatissimum eum dicit Meib. in praef. Al. cf. praef. Arx. sub. fin. Coxe 596. Marquard Arx. XXIV. Westphal-Garan Arx. (1893) XCI et 108.

Ox. Bodl. misc. 36. S. XVI. Catena de cant. cant.
(83) Pselli psychogonia. Cx. 641. (*Τὸ μὲν λεγ. — ἀκρότητα* = Linder 1.) cf. 179.

---

1 Post doriorum ordinem priorem (exit δ ϑ) habet verba *τῶν ἠθῶν. τὰς τῶν φθόγγων*, dein lydiorum ordinem alterum formis acutissimis < >, et cet.

2 Codex Laud 44 continet Theonis artis arithm. partem, musicae artis nihil.

3 Lectiones diversas hinc excussas Holstenius inscripsit in Meursi editione, exemplari Bodl. Dorvil. X, 2. 5. 10. (Coxe 596).

Ox. Bodl. misc. 85. ch. fol. S. XVI. (olim Savili et (84)
2946). (Ptol. hypotheses et alia astronomica.) AQ. hunc excussit Langbaine. Coxe I p. 670 et (de advers. Langb.) 878.

Ox. B. misc. 86. ch. fol. S. XVI (olim Savili et 2947). (85)
eadem manu ac (84) B. m. 85 scriptus. Arx., Ptol., Nicom., Gaud., Alypius, Bry., Heronis pneumatica. (cf. 86.)

Ox. B. misc. 87. ch. fol. S. XVI. (olim 2948), volu- (86)
minis modo nominati exemplar alterum. Coxe I 671. ait autem Wallis in Ptolemaei praefatione: hos (85. 86 = misc. 86. 87, quos antea numeratos dicit 164 et 165, ipse autem signat A et B) Savilius credo ante annos plus minus 60 sive ex eodem codice Vaticano (aliove in Italia) describi curaverat ambos, sive quod ego potius existimo, inde codicem B atque ex hoc alterum A. alter horum est Meibomi recentior Bodleianus, quem a Savilio datum esse bibliothecae dicit (ad Arx. et Gaud.). Oxonienses autem multo meliores esse praedicat codice Scaligerano (Nicom. prooem.), quod probat lectionibus μορίων 273, 9 et μοίρας μὲν ιγ, λεπτὰ δὲ πρῶτα ιδ 22. mihi quidem gravius praestantiae argumentum id videtur, quod perversa illa de diazeuxi doctrina 259, 15 a Bodleiano abest.

Ox. B. misc. 88 (olim 2950). ch. fol. S. XVI. Porph. (87)
Coxe 672.

Ox. B. misc. 225. ch. fol. S. XIV in. Porph., AQ., (88)
Pediasimi geometria (fortasse insunt quae edidit Vincent *Notices* 290 Φθόγγος μέν ἐστι. Cx. 779.

In aliis bibliothecis Oxoniae exstant:

Ox. Baliolensis continebat Alypium, excussit Langbaine. (89)

Ox. Johannensis (collegii) continet Ptolemaeum, a (90)
Wallisio signatur J. erat olim Laud archiepiscopi, unde transscriptus cod. G(ale) Londinensis (47).

Ox. Patricii Junii dedit Gaudentium Meibomio, excussit (91)
Seldenus.

Ox. Magdalenensis collegii dedit Meibomio Aristidem, (92)
transscriptus est cura Seldeni.

Ox. Magd. dedit Wallisio Porphyrium et Bryennium. (93)

(93) signatus M. — Pph. e cod. Magd. 13 excussit Langbaine (Coxe 878).

(94) Coll. B. Mariae vulgo Novi. Ptolemaeum excussit Langbaine, v. (176) Traiecti 34.

Lutetiae Parisiorum exstant in bibliotheca nationis:

(95) Parisinus 360 (Colbert 4477). bomb. 8⁰. S. XIV. Sticherarii frg., Anonymi Hagiopolites. haec praecepta edidit Vincent, *Notices* XVI 1, 259. Omont, *Inventaire sommaire d. msc. d. B. N.* I p. 36.

(96) Par. 1817. ch. fol. S. XVI. Theonis in Platonem expositio iterumque idem opus alia manu. Psellus in Plat. psychogoniam. Om. II 148. Psellum hinc ed. Vincent, *Notices* XVI 2, 316.

(97—100) Par. 1818—21 omnes ch. et S. XVI (n. 1820 S. XVII) continent Theonis illam expositionem. Om. ib.

(101) Par. 2338. ch. fol. S. XVI. Georgius Pachymeres de IV mathematicis scientiis. ed Vincent *Notices* XVI 2, 363. Om. 243.

(102—3) Par. 2339—40. ch. fol. Pachymeres. scr. 102 ab Angelo Vergetio, 103 a Petro Verg. Om ib.

(104) P. 2379 (olim Medic. reg. 2157). ch. fol. S. XVI (Joannis Otrantini) insunt Diophantus alii, Arx. Ruelle in Arx. ed. Westphal (Abel 1893) XCVII propinquum iudicat codici Seldeni. Omont II 249.

(105) P. 2430. ch. fol. S. XVI. Hero pneum., Bryennius, al. Om. 260.

(106) P. 2448 (Colbert 4037). bomb. fol. min. S. XIV. Syntagma *Μουσικὴν οἱ παλαιοί*[1] plenius quam quod edidit Xylander (Bas. 1556). doctrinas ibi omissas edidit Vincent l. c. 338—42, quarum inveniuntur partes in Vat. 192 et 698. huius syntagmatis auctor fuisse Psellus dicitur a Xylandro et Vincentio, contra Josephus Pinarus Rhacendyta qui rhetoricae artis synopsin scripsit (ed. Walz, Rhetores III 467—569) huius etiam opusculi auctor pronuntiatur in (135) Par. 3031 et (192) Marciano 529. at

1 Altera haec est pars quadrivii quod incipit *Μέλλοντί μοι.*

iste Rhacendyta qui circa annum 1300 floruisse dicitur (Hardt catal. I 458) nullo modo scribere potuit illud syntagma, quod in cod. Pal. 281 iam saec. XI transscriptum exstitit. accedit quod astronomica pars (p. 83 Xyl.) refertur ad Byzantinorum annum 6516, qui nobis est annus 1008. ex undecimo igitur saeculo cum quattuor illi libelli repetendi sint, amplecti et credere oportet ea quae cod. (25^c) Laur. 87, 10 exhibet. hoc cum faceret V. Rose, in Herma II (Berol. 1867) p. 465, quadrivium, quod cohaerere demonstravit cum Aristotelis organi synopsi[1], vindicavit Gregorio *ἐν μονοτρόποις*. huius igitur doctrinas Rhacendyta ille in suum usum convertit. — Om. 263.

P. 2449 (reg. 2740). ch. 4°. S. XVI Arx. hic iudice (107)
Ruellio (Arx. Westphal XCVIII) transscriptus videtur aut e (50) Scaligerano aut e (115) Par. 2457. Om. ib.

P. 2450 (Med. reg. 2164), membr. fol. min. S. XIV. — (108)
Ptol., Theo de musica et astron. Om. 263.

P. 2451 (Med. reg. 2717), ch. fol. min. S. XV. — (109)
insunt Ptol., Porph., Plut. Om. 264.

P. 2452 (Colb. 209). ch. fol. S. XVI. Ptol., Bry. (110)
Om. 264.

P. 2453 (Colb. 1856). ch. fol. S. XVI (Ang. Verg.) (111)
Ptol. Om. ib.

P. 2454 (Colb. 1228). ch. fol. S. XVI (Ang. Verg.). (112)
Porph. Om ib.

P. 2455 (Hurault. reg. 2178). ch. fol. S. XVI (Camillus (113)
Ven.). AQ., Bry. hunc a Meib. adhibitum putat Sinner apud Jahn LV. Om. ib.

P. 2456 (Fontanebl. reg. 2179). ch. fol. S. XVI (Mich. (114)
Damasc.) AQ., Bry., Plut., Ps.-Eucl., Eucl., Arx., Alypius, Gaud., Nic. II., Ptol., Porph. comm. universus, Bacchius.

Hic ut in librorum ordine (usque ad Porph.) ita in singulis verbis pendet ex U. habet 179 *τῶν συγκειμένων ἔχον*, 180 *τέθειται, διαστάσεις, διαστήματα δὲ τά*, rel.

---

1 Haec synopsis incipit *Ὥσπερ οἱ ἀναγιγνώσκοντες*.

(114) quae vidimus in Lips. nec repetere volo. artissime autem in isagogae illus contextu cum Mon. 104 coniunctus videtur, cum habeat *εἴσιν* 179, 6 (pro *ἔστιν*), *καθ' αὐτῶν* 181, 8, *δεσίω* 189, 21, *διαστηματικοῦ* 206, 4. plenior tamen hoc est Mon. 187, 16. in canonis sectione correctiones illas quas exhibet U hic fere omnes[1] repetit (ignorat 1), ut recentiorem librum dicas. in Gaudentio illis *αὖ το* 328, *βαρυτέρας* ib., *μηκέτ'* 329, 2, *βαρυτέρους* 13, agnoscas familiam U. item in Nicomachi illo *ὑπογίον*, *πλανήτας*, *ηὑρέθ.*, *φορτίον*, *διδασκάλου* (hac in parte simillimus videtur esse Lugd. Vossiano).

P. Recentiore aliquo tempore (sicut in Ambr. E 19) his addita esse videtur doctrina Bacchii, quam excussi et in varietatem lectionum recepi. insigne enim est exemplum illud *θεοδώρῳ* 316, 2 e Mersenni editione cognitum, quamquam e coniectura fortasse ortum est, non e vetere archetypo. cf. *βαρυνθῆναι* illud, quod hic habet 188, 2 pro *τραχυνθῆναι*. socius lectionum in Bacchio (non pater) est Neap. III C 4. contuli Lutetiae 1890. (Bch. Arg. I 25ᵇ.) Om. 264.

(115) P. 2457 (Teller Rem. 2179, 3). ch. fol. min. anno 1537 ab Angelo Vergetio exaratus. AQ., Bry., Plut., Ps.-Euc., Eucl., Arx., Alypius, Nicom., Ptol., Porph. (cf. 114 et U). Om. ib.

(116) P. 2458 (Colb. 1830). ch. fol. min. S. XVI (1544) a Petro Vergetio eleganter magnisque litteris scriptus. AQ., Anon., Bacch., Dion. (Ps.-Bch.), hymni. (cf. Berol. 1555.)

Aristidis primum diagramma designatum videtur ad exemplar Ven. VI 10; nam concinunt signa 2 (ut numerat Bell. 62), 4, 5, 6 (= ϙ), 8—11 et praesertim 12 ∃, paululum differunt 2 V, 7 Y. subest tamen difficultas et dubitatio, quod hic (ut Vat. 192) habet initium numerorum α ⚹. altera dein manus minore cura et elegantia, rubro autem colore, addidit partem litterarum, expressam

1 Diagramma illud, quod numeravi in Veneti correctionibus 4, hic habuit et delevit.

ad Guelferbytanum exemplar (quod habes apud Bell. in tab.) vel U, ut 6 sit ϙ, 12 Э, 2^b α, 5^b ɔ, 6^b σ. diagramma igitur primo ex V vel eius simili scriptum corrigi coeptum est (ut in Par. 2532, Barb.) ad peius exemplar, nec tamen absolutum hoc opus (ut in Hamb.). idem factum est in altero diagrammate (sex harmoniis). nam ibi quoque diagrammate quod a **R** unciali incipiebat corrector non contentus alteras litteras substituit, quae recentiorem usum redolent, ut ϱ- (= U). Anonymas doctrinas in duas partes separavit Vincent *Notices* p. 2, tertiam ego doctrinam distinxi (§ 66—104) in Philologo XXX 418. Bacchium autem et hymnos e Ber. 1555 transscriptos credes, ubi legeris quae ad illum cod. contuli. atque inclinat animus, ut hunc universum codicem inde natum ad Veneti prisci familiam revocem, quamvis obstet α illud et ⋇. inspexi 1890. (v. Bell. Anon. 1, Hym. 19. Bacch. Argent. I 28. Jahrbücher 1890, 686.) Om. 265.

P. 2459 (Colb. 2595). ch. fol. S. XVI Andr. Darmar.) (117)
AQ., Ptol. Om. ib.

P. 2460 (Tell. Rem. 2179, 2). ch. fol. S. XVI. Alypius, (118)
Gaud., Anon., Bacch., Dion., Ps.-Eucl., Eucl., Theo cum Pappo, Arx., Nicom., AQ., Bry. I. II.

Et Bacchium quidem haustum esse e Mon. 215 e lacunis constituere facile potui. quod autem de phthongo illud 307, 19 non repetit cum O, sed omittit cum Par. 2532, huius esse filius videtur. cum hac autem familia (Hamb. Barb.) plura ei intercedunt communia. isagogen cum priore loco (bis enim exhibet, ut solet hoc codd. genus) Euclidi vindicat, agit cum U. alterum autem artis illius contextum inscriptum *ἐκ τῶν τοῦ Πάππου* Cramer hinc edidit in Anecdotis Par. I 47. transit enim a Theonis c. 12 ad hanc Aristoxeneae doctrinae formam. qui autem inde transgressi Pappo isagogen vindicant (numeravi 12. 36. 42. 76. 151. 159. 173. 187), hos in lectionibus tantopere conspirare video, ut artissime coniunctos dicere non dubitem. et quamquam partem lectionum speciosam fortasse dicas et ex librarii prudentis ingenio correctam (ut sonorum et

tonorum catalogos c. 4 et 12), bono tamen e fonte orta esse concedes 195, 6 εἴπερ ἡ τάξις et 205, 11 ὧν [μεταβολῶν] αἱ μὲν κατὰ σύμφωνα γίνονται διαστήματα et 13 τούτων δ' ἐμμελεῖς μὲν αἵ τε κατὰ σ. κτλ., τῶν δὲ λοιπῶν αἱ μὲν κτλ.[1] nec spernes librarios qui 192, 4 scripserunt κλύεται et 206, 4 διαστατικόν, quae falsa esse apparet, bonae tamen originis. archetypus esse videtur aut 151 aut 187. Omont ib.

(119) P. 2461 (reg. 2742) bomb. et ch. fol. S. XIV, pars XV. continet Bry., Ptol., cuius duo capita desiderantur, al. Om. ib.

(120) P. 2462. ch. fol. 1557 (Nicol. Nancel.). Bry. Om. ib.

(121) P. 2463. ch. fol. S. XVI (Andr. Darmar.) Bryennius et alia. Om. ib.

(122) P. 2464. ch. fol. S. XVI. Bryennius. Om. 266.

(123) P. 2465. ch. S. XIV. 4°. Psellus aut Gregorius (cf. ad 106) de IV math. scientiis, al. Om. ib.

(124) P. 2531 (Fontan. reg. 3201). ch. 4°. S. XV (Mich. Suliardi partim). inesse ait Omont Nicomachi harmonica, Domninum Larissaeum, al. ego tamen cum inspicerem (1890), inveni prima folia esse mutila, legi autem ἀποδείξω πρώτῳ λόγῳ περὶ τῆς γῆς ὅτι τυγχάνει σφαιροειδής. sequitur caput περὶ μεγέθους τῆς γῆς. dein incipit Nicomachi harm. isagoge, cuius textus simillimus est optimae illi formae RN. scriptura quidem adeo expalluit, ut difficillime quidquam legatur. Om. 278.

(126) P. 2532 (Medic. reg. 3221). ch. 8°. S. XV. AQ., Anon., Bacch., Dion. (Ps.-Bch.), hymni.

Primum Aristidis diagramma (I 7) in hoc transscriptum est ea forma, quam novimus ex V(en VI 10), correctum tamen ad formam U (v. ad 116). hymnos e (69) Mon. 215 desumptos esse iam Bellermann p. 19 suspicatus erat, et qui dubitationes eius (titulum Νεμέσεως al.) mecum iudicabit (Jahrbücher 1890, 685) videbitque ἀπείρητον illud

---

1 Horum multa redeunt in ea codicis (76) Neapolitani 2 introductione, quae Cleonidi vindicatur.

464, 9: hanc codicis esse originem facile sibi persuadebit. (126)
Bacchii autem doctrinam ex eodem illo fonte fluxisse diu
suspicabar (JA I 28^b), et cum Ruelle, qua est comitate
et liberalitate, doctrinam illam diligenter comparasset,
opinio probata est. conspirant enim non solum in iis
rebus, quas universae familiae V proprias supra p. XIV s.
enumeravi, habent etiam pariter ἐκ μελῶν 292, 14, om. ⊢
293, 18, habent καὶ Ψ 294, 4, καὶ —υ 6, καὶ ⊏Z 10, om.
quae interponenda erant inter μιξολυδίου 303, 11 et 14,
item 307, 16 et 19 inter duo μέσον, om. CC illud 297, 14
cet. cum vero Bacchius et hymni in hunc codicem venerint e Mon., veri videtur simile omnia inde esse petita.
idem autem Par. cum omittat in Bacchio 295, 2 τίνα
ταῦτα; in 298, 11 καὶ ἡμιτόνιον, habeat ib. 14 in mg. δύο
τόνους, om. ἕτερον 306, 23, om. πόσοι 315, 2, habeat μέλος
305, 15 (Mon. μένος) et om. 307, 19 πᾶς δὲ φθόγγος κτλ. —,
filii putandi sunt Hamb. Scal. Barb. (no. 42. 48. 173,
fortasse et Par. 2460 quem numero 114), quia habent et
omittunt eadem. atque Aristidis primum illud diagramma omnes hi, quod sciam, simili modo habent correctum. — Om. II 279, scripturae speciem praebet Bell. in
hymnorum tab. I et II.

P. 2533 (Tell. Rem. 3402). ch. 8⁰. S. XVI. insunt excerpta (127)
ex Aristide „ex bibl. Vatic. 1589". diversae lectiones in
theologumena arithmetica scr. Pi[nelli], alia. Om. 279.

P. 2534 (Delamare reg. 3221, 2). ch. 8⁰. S. XVI. (128)
Adversaria et excerpta ex Aristide Bryennio Gaudentio.
Om. ib.

P. 2535 (Baluz. reg. 2403). ch. 8⁰. S. XVI. Cleonidae (129)
(sic) isagoge, Euclidis sectio, Pappi mechanica, fragmenta
mathematica harmonica astronomica, alia. Concinere hunc
cum Neap. 2 iam ex ipso Cleonidis nomine apparet, nec
discrepant huius libelli verba. immo concinit partium
ordo p. 179, concinunt formae singulares συστήματος τόνου,
item γένει 182, 4, aberrant pariter a χρώματος 189, 17 — et
191, 1, ubi N habet δίεσιν δμοιολίαν in P invenis δ. δμοιολίας, 195, 6 N offert εἰ περὶ ἄξις, P εἴπερ ἄξις, 195, 9 N

(129) habuisse videtur ἀπὸ, nunc α erasum et mutatum in υ, in P est ἀπό. concinit καὶ ἰάστιος καλεῖται ὢν ὁ βαρύτερος pravo loco positum 204, 5. idem est eorum consensus apud Euclidem et in diagrammatum et in verborum formis. cf. οὐδὲ p. 149, 4 προθέσει 5, πολλαπλασίονι 12, κρᾶσιν τοῖν 19. natura igitur et origine coniunctos hos esse elucet, et ubi nonnullis locis N correctum esse, P res correctas recepisse vidi, P ex N esse transscriptum existimabam. cum vero littera η figurae 6^a in N omissa hic exstet itemque γ e fig. 8, cumque linearum longitudines huius fig. 8 in P diligentius expressae sint, et omnis fig. 9 in P adsit, in N desideretur, ex eodem archetypo utrumque exscriptum esse potius statuemus. accedit quod diagrammatum loci in P melius observati sunt quam in N[1], acceduntque accentus vocabuli ὑπάτων. nam cum 184, 16. 17 et 186, 10 N habeat ὑπατῶν, P ὑπάτων, librarii autem si sua sponte mutabant praeferre soliti sint perispomenon, P quae in archetypo exstiterunt accuratius videtur imitatus esse. quod autem Neapolitani altera manus[2] interdum cum P conspiret, id e causis diversis repeti posse nec certi quidquam hac re evinci, quis est qui non videat? contrario autem modo N ex P transscriptum statuere nemo potest, quin hunc P removerit in saec. XV. possitne hoc admitti, decernere hodie non possum, inquirant alii. sin autem P existimetur esse huius familiae princeps, non amplius miremur, cur in Neap. et Barb. canonis quoque sectio Cleonidi tribuatur; caret enim haec in P omni titulo. exitus quidem libelli nunc in P non exstat; olim tamen adfuisse artem universam concluseris et e verbis καὶ ἔστι, quae quasi custodes eorum

---

1 Fig. 10 adscripta est ad prot. 6 in N, ad 8 in P, — fig. 15 ad 6 in N, ad 9 in P, — 17 ad 7 in N, ad 9 in P.

2 Pag. 151, 8 N scripserat πολλαπλάσιός φημι, postea hoc verbum deletum est, in demonstratione VI^a N^2 addit litteram K, dein ἐπεὶ corr. pro ἐπὶ, 156, 11 addit ἄρα ἐστὶν ὁ α τοῦ γ, 157, 8 insert τοῦ δὲ γ, in sonorum tabulis 185, 6 supplet quae defuerunt.

quae sequi debebant in fine ultimi folii adscripta sunt, et e diagrammate 15 quod integrum mansit, cum ea quae in ipso contextu post 159, 7 πολλαπλάσιον olim scripta erant cum folio 12 perirent. (129)

Excussit isagogen a. 1869 Seyffert collega humanissimus nunc Potsdamensis, sectionem ipse contuli 1890. Om. II 279.

Par. 2549 (Medic. Reg. 3222). bomb. 8°. S. XIV. (130) Apollonius de constructione orationis. inseruntur Man. Bryennii harm. (43 et 75v.) Om. III 2.

Par. 2622. bomb. S. XIII. Suidas. tabula Ptol. II 11 (131) cf. c. 77. Om. III 15.

Par. 2731 (Fontebl. 2531). ch. med. formae. S. XVI (132) (Const. Palaeocappa et Jac. Diassorinus). Dionysi orbis descriptio, al. Pselli psychogonia, eiusdem descriptio octachordi a Pythagora inventi, al. Om. III 32.

P. 2762. ch. 8°. S. XV continet cum alia tum Pedia- (133) simi Ἐπιστασίας μετρικάς, quae musica praecepta edidit Vincent in *Notices* XVI 2, 290—315. Om. III 37.

P. 3027 (Baluz. reg. 3054, 2). ch. 8°. S. XVI—XVII. in- (134) sunt Libanii oratio in Calippum. al. a fol. 16—39 Omont (III 95) auctore catalogo ait exstare Aristidis tractatum initio mutilum. at vide Vincent, *Notices* XVI, 2, p. 5. sunt excerpta potius e Cleonide et Euclide. isagoge quidem libatur usque ad fol. 24v. hinc incipit (εἰ ἡσυχία εἴη) sectio Euclidis, nescio ad quem finem ducatur. dein fol. 31, 5 legitur [Μουσική ἐστι ῥυθμοῦ] καὶ μέλους καὶ πάσης ὀργανικῆς θεωρίας ἐπιστήμη· μουσικὸς δὲ ὁ ἔμπειρος τούτων (Vinc. p. 5). f. 31, 20 exstant exc. Neap. § 9—16 (= Fragm. Paris., Vinc. 244—48 cum figura), deinde Φωνῆς ἄνεσις ἐπὶ τὸ βαρύτερον (Vinc. 234), de vocis intensione et remissione, de sono, intervallo, diatessaron, quorum pars invenitur apud AQ. I c. 5—7. sequuntur cf. 33, 9 exc. Neap. § 20—22 (= Vinc. 242. Westphal *Fragmente u. Lehrsätze* [1861] 78—80) et f. 34 Ὁρμασία = exc. Neap. § 27 (Vinc. 254). finem autem enotavi hunc: fol. 39v ἀλλὰ γὰρ πάντως ἡ μὲν φθορὰ γενέσεως ἑτέροις ἀφορμή, ἡ δὲ

γένεσις ἀπό τινων ἐφϑαρμένων (et infra ex eo fol. quod olim sequebatur: *λαμβάνει*).

(135) P. 3031 (Rem. 2837). bomb. 4⁰. S. XIV. Josephi Rhacendytae oratio in laudem vitae theoreticae, alia et rhetorica et physica, tractatus de quattuor math. scientiis (v. ad 106), al. Om. III 96. auctam autem esse hanc doctrinam capitibus e Theone excerptis (2—38) ait Vincent 337, ut proxime hic accedat ad (145) Vat. 111.

(136) P. Coislinianus 164. ch. S. XVI. Georgius Pachymeres. Om. III 147.

(137) P. Coisl. 172. mmbr. S. XIV—XV. Ptolemaeus. Om. 148.

(138) P. Coisl. 173. ch. S. XV. Synesius, Ptol., Porph. in I et II, Nicom., Bacch., Bry. Om. ib.

(139) P. Coisl. 174. mmbr. et ch. S. XV (Pylades). Cleomedes, al., Ptolemaeus. Om. ib. ex his 172—74 Montefalconius in catal. bibl. Coisl. (1715) p. 227 scholia publicavit de extremorum capitum auctore.

(140) P. Coisl. 384. bomb. 4⁰. S. XIV. Psellus in Aristotelem de meteoris. (Pselli aut Gregori) tractatus de quattuor math. scientiis. al. cf. (106) P. 2448. Om. 194.

(141) P. Suppl. 160 (olim Sorbonn.). ch. S. XVI (Const. Palaeocappa). Aristoxenus. Ruelle-Westph. CI. Omont, Inventaire du suppl. [1883] p. 21.

(142) P. Suppl. 336. ch. S. XVI—XVII. Proclus in Plat. Alcib. Theo. laudat Ruelle Archives 516. Om. 41.

(143) P. Suppl. 449 (Maurici Bressii. emptus 1839). ch. S. XV. insunt Ptolemaeus cum schol., Porphyrius ad Ptol. I 1—4, Pappus ad I 5—II (cf. 147[a]). Sectio canonis Thrasylli (Theo 35), Gaudentius, Aristoxenus, Ptolemaei musica (exc. Neap.), Alypius, Ps.-Euclides. — Quae sint Ptolemaei musica fol. 279 s., comperi ex Vincent, *Notices* p. 252. sunt enim § 1—3 excerptorum Neapolitanorum et tria vocabula e § 4, periit autem folium, in quo sequentia erant inscripta (quae exstant in (134) P. 3027. v. Vinc. 5). — E Ps.-Euclide locum affert Vincent p. 25 ann.: *πυκνὸν δέ ἐστι ποιὰ τριῶν φϑόγγων διάϑεσις, ἢ τὸ ἐκ δύο συστημάτων συνεστηκὸς ἃ κτλ.* haec

autem in Vulcani et Possevini codd. inserta invenit Meibomius in Euclidis verba sub finem cap. 4 (v. ad Ar. Qu. p. 216 et ad Eucl. p. 54). vide igitur, intercedatne his (55. 156) necessitudinis aliquid cum Par. 449. p. 10 autem Vincent affert scholium: *Δίεσίς ἐστι τὸ τρίτον τοῦ τόνου καὶ τὸ τέταρτον. μερίζεται γὰρ ὁ τόνος εἰς τὸ ἥμισυ, εἰς τὸ τρίτον καὶ τέταρτον. καὶ τὸ μὲν ἥμ. λέγεται ἡμιτόνιον .... τούτων δὲ ἔλαττον οὐδὲν μελῳδεῖται διάστημα, κἂν πολλοὶ τοῦτο ἠγνόησαν.* hic codex accuratius pervestigandus videtur. Ruelle-Westph. CI. Om. suppl. 51. (143)

P.[1] Suppl. 450. ch. S. XV Nicom. ar., Theo. Om. ib. (144)

Libri Patavini[2]) ubi nunc sint, nescimus.

Venimus ad Romanos.

Vaticanus 111 exhibet Josephi Pinari Rhacendytae (synopsin rhetorices [cf. Marc. 529], de physicis causis), synopsin rerum mathematicarum. titulus est *ἄθροισις εὐσύνοπτος τῶν μαθηματικῶν.* ex hoc quadrivio, quod ab Euthymio scriptum putabat Arsenius (Migne Patr. CXXII 499), sed a Gregorio fortasse compositum (v. supra cod. 106) Pinarus in sua convertit, Franz transscripsit partem (145)

1 E Parisinis codicibus uno usus Pena Euclidis quam dicebat isagogen edidit. ac multis quidem in rebus hic concinebat cum U et L, veluti in libelli titulo, in *συγκειμένων ἔχον* 179, *τέθειται* 180, *καθ' αὐτῶν* 181, *μέση* 190, 8 cf. 193, 9, *ὁ..π.πλάσιος ἢ ἐπιμόριος* 154, 3; sed 194, 18 habuisse videtur *αὐτῶν*, 202, 14 *ἔχεις ἀεὶ*. duabus lacunis in Euclide (158, 17. 160, 7) similem se esse nuncupat Coventriensi. recognoveris autem, quo codice Pena usus sit, quod ille om. 180, 19 quae inter *τάσεις* et *τάσεις* interposita sunt, quod 185, 21 habuit *οὐ μεταβάλλουσιν*, et in altero numero 158, 2 *ἑβδ. δύο* pro *ος*. glossam illam de qua dixi p. XXVIII, 1 cum habeat in ipso contextu, reliquorum nullus ex hoc effluere potuit nisi Mon. hic Penae cod., si recte intellego quae Meib. affert, p. 188, 1 solus habet verba *διαφωνία δὲ τοὐναντίον δύο φθόγγων ἀμιξία.* — Aristidis etiam codicem vel codices Parisinos in usum Meibomi excussisse dicitur Salmasius; sed qui fuerint nescimus.

2 Tomasini, Bibliothecae Venetae (1650) Paduae apud Trivisanos fuisse ait II p. 115: Alypium 4°. ch. initio mutilum, Ptolem. fol. bomb. elegantissime scr., AQ. ch. fol. huic similem., Bry. ch. fol., Porph. ch. fol, Heronem ch. fol.

(145) qua agitur de musica (= Xylandri Psellus). et pergit: „in 111 leguntur coniunctim quae sequuntur: *Θράσυλλος τοίνυν περὶ τῆς*“ (= Theonis c. 2). haec inde Franz excussit usque ad Theonis c. 15 (p. 70, 13 *τόνον*), ubi Vat. transsilientem vidit ad c. 35. reliquis igitur omissis hoc caput monachus compilavit (ad 90, 21 *τεσσάρων*). dein pergit: *δεῖ δὲ εἰδέναι ὅτι ἐπειδὴ ἡ αἴσθησις τὸ βραχὺ παραλλάττον* (?) *οὐκ οἶδε διακρίνειν* et docet res in Nicom. excerptis 2 demonstratas, symphoniarum rationes ostendens numeris 192 : 256 et 512 : 768, exponitque rationes 1 : 3, 1 : 4. sequuntur quaterniones illae e Theonis c. 37 et 38, ut modo ad verbum huius doctrina repetatur, modo verba immutentur, excipit tractatus de geometria. cf. cc. 135. 149^{a}.

(146) Vat. 139. membr. fol. S. XIII. Plut. Ams.-Stud. p. 153.

(147^{a}) Vat. 176. Ptol., Porph. I 1—4, Pappi *ὑπόμνημα* in harm. I 5 ss., *εἰσήγησις* in II. Bry.

(147^{b}) Vat. 185. Ptolemaeus.

(148^{a}) Vat. 186. bomb. 4^{0}. S. XIV. Plut. Ams.-Stud. 155. teste Tschiedel addo: f. 2. Ptol. 86 Plut. 109 Porph.

(148^{b}) 187. Ptol. Porph.


(148^{cd}) 188. 189. uterque continet Ptolemaeum.

Vat. 191 v. supra (3) p. XXIV.

(149^{a}) Vat. 192. bomb. fol. S. XIV. [Pselli aut Gregori] synopsis. alia (Eucl.), AQ., Theonis c. 33—36, Ptol., Plut., tabulae. — Ad syntagma illud quod Xylander Psello vindicavit hic addit ea, quae Vincent imprimenda curavit e Par. 2448. scilicet ad Xylandri p. 27, 14 hic iungit quae habet Vincent 338: *εἰ γὰρ καὶ τοῖς ἀριθμοῖς σύμφθαρσις* sic. (alia addit Vat. 698.) Aristidis lectiones ediderunt Stud.-Amsel 128—152 cum tabula. atque in 1. diagrammate (I 7) quamquam exhibet α et ⋇ a Ven. omissa nec servat linearum ordines, tamen ab hoc proxime abest. nam habet signum 5^{b} ∩ (vulg. Ɔ), 6^{b} ᵹ (vulg. σ), 12^{b} E (vulg. Є), 24^{b} λ (vulg. Y), post hoc signum adest vestigium illius β quod aperit in V et Neapp. alterum diapason. notam 30^{a} hic habemus ⋲ (vlg Є), item 42^{a} et ^{b}, 30^{b}, spatium patet post 34^{a} et ^{b}. etiam in altero Ari-

stidis diagrammate (I 9), in harmoniarum tabula, concinit Vat. cum Ven. in signis dor. 7^{a} C, ion. 6^{b} < (ubi vulg. Є), phryg. 3^{a} Ρ, 9^{a} Ʉ. Aristidis finem facit scholium philosophi alicuius. dein alia manus eiusdem saeculi inscripsit capita aliqua e Theonis expositione de mus. sunt c. 35. 36 (canonis sectio auctore Thrasyllo), 33. 34 (de analogiis) quae excerpta exstant etiam in codd. 16. 34. 65. 165. ex hoc autem Vat. apparet legendum esse p. 87, 9. Hiller *δίχα μὲν διαιροῦσαν* et 11 *διπλασίαν κίνησιν ἔχουσαν ἐπὶ τὸ ὀξύ*. 12 *ὅσον ἂν τὸ μέγεθος ἀφέλῃς*. 16 om. *προσλαμβ. μέση* (diagrammatis reliquias). 88, 1 *τριχῇ*. 6 et 7 quae addit H, non agnoscuntur. 8 *κατὰ τὴν μ*. 10 *ἡ δὲ*. 19 *ἔστι δὲ ἡ μὲν νήτη τ. ὑ*. 89, 10 *ἔστω γὰρ τὸ*. 15 *ἕξει*. 23 *τὰ πάντα*. 24 *ὁ λ.* om. 90, 7 om. *ὁ*. 10 et 12 ƃ *ὁ*. 17 *ἔστι μὲν ὑπερυπάτη* θ *πρὸς* η, *ἐν δὲ ἐπογδόῳ λόγῳ ὁ τοῦ τόνου*. 19 〈 om. 21 *ὁ* pro *τῷ*. 22 *ἀντιπεπόνθασι δὲ οἱ λόγοι τῶν κινήσεων*. ‖ *περὶ καταπυκνώσεως*. ‖ c. 36 *καταπυκνοῦται*. 91, 10 *ἀπὸ νήτης*. 12 *ἀπ' αὐτῆς ὑπερβ*. 23 fin. *αὕτη*. 25 *ἀπ' αὐτῆς*. 92, 1 *βαρ. τῆς νήτης*. 7 〈 om. 8 *ἥ ἐστι καὶ χρωματική* ... *ὀξυτέρα*. 12 *καὶ τὸ λ. εἰς* ... *μέσων ἔσται διεσ. λ. εἰς συμπλ*. 19 *συμβέβηκεν* (cod. add. *αι*). *ἀπὸ ταύτης*. 93, 4 *ὑπ. γὰρ αὐτ.* ab *ὧδε ἔχει* 93, 3 transitur ad c. 33 *περὶ ἀναλογιῶν* p. 85, 8. post *ὑπερεχομένην* 9 supplet *ὡς* ϛ θ ιβ, *γεωμετρικὴν δὲ* ut scripsit Bull. 13 *ὡς* et 15 *οἷον* om., post ιβ add. θ ιβ ιη. 17 *διπλ. μὲν*. 19 *τὰ* θ. 20 *τὰ* η. 22 *τὰ μὲν* ... *πρὸς τὰ*. 86, 6 *τοῦ ἐπ*. 13 *ἡμιόλια*. 21. 24 *γίνονται*. 23 *τρὶς αὐτά*. 24 *τρὶς* om. 87, 1 *καὶ τούτων*. sequitur diagramma, dein excerpta ex Bacchio quae edidit Ruelle in Archives III II 609. inc. *Εἴδη συμφωνίας ἐν τῷ τελείῳ συστήματι* ϛ. his e Bch. 11 enumeratis pergit *ὅτι τρεῖς τρόποι φωνῆς* (B. 44), e 45 recte transscripsit *στάσις*. e 46 recte *τρόπους*. post *λύδιος* consilium oblitus qui excerpsit retinuit *πόσῳ*. dein legitur *βαρ. ὁ φρύγιος*. habet recte *τριημιτονίῳ* et de dorio recte *διτόνῳ*, dein *μιξυλυδίου διὰ τεσσάρων* et pariter de tono hypolydio. *τοῦ δὲ δωρίου* recte. post *μιξολυδίου τετρατόνῳ* recte dicit *τοῦ δὲ ὑποφρυγίου βαρύτερος ὑποδώριος* (149^{a})

τόνῳ, τοῦ δὲ ὑπολυδίου διτόνῳ, τοῦ δὲ δωρίου διὰ τεσσάρων, τοῦ δὲ φρυγίου διὰ πέντε, τοῦ δὲ λυδίου τετρατόνῳ (*κ. ἡ.*) quae omisit Esc. appictum est diagramma:



hoc excipiunt excerpta e Bacch. 48. 49. dein (ex § 11) *δηλοῦσι δὲ φθόγγοι τὰ ς εἴδη τῶν συμφωνιῶν οὗτοι:*

τὴν μὲν διὰ τεσσάρων Z *καὶ* Φ[1]
τὴν δὲ διὰ πέντε Z *καὶ* CC
τὴν δὲ διὰ πασῶν Z *καὶ* ʹλ[2]
τὴν δὲ διὰ πασῶν καὶ διὰ τεσσάρων Z *καὶ* Ⴑ[3]
τὴν δὲ διὰ πασῶν καὶ διὰ πέντε Z *καὶ* LK.[4]

ultimam symphoniam omittit librarius, quippe qui iam ad ultima signa dilapsus sit. sequitur Bacch. 12, qualem edidit Ruelle. insunt et Ptolemaei harm. libri ad III 14 *ἀνεπιτηρηθέντα διὰ τῶν γενομένων* (qui est finis in Ven. VI 10) et Plutarchus de musica. folia 222—27 minoris formae continent varias tabulas ad rem musicam pertinentes (hormasian puto et quae alia continent codd. n. 16 et 65). — Transscripsit Theonis et Bacchii excerpta Franz, describunt codicem Ams.-Stud. 121. bipertitum dicit ac 192 et 193 numeratum Westphal *Fragmente d. Rh.* (1861) X.

(149b) Vat. 194. Theonis arithm. et musica.

(149c) V. 195. Alypius.

(149d) V. 196. Ptolemaeus.

V. 198 vide supra p. XXVIII.

(150) V. 221. ch. fol. S. XVI. Arx., Ptol. cum scholiis, Porph.,

---

1 Hanc formam notavit Franz. sed ex iis quae Deiters de Mon. notavit, video etiam digammae reliquias in codicibus exstare; signa enim Φ et F ita coalescere solent, ut lineae = ad ipsum Φ scribantur (v. Bch. Arg. ann. § 11), hoc et in Mon. Deiters invenit. Z quoque ex 7 et ⊢ coaluit, ut factum videmus in codd. Bacch.

2 Mon. Z′ ㅅ. 3 Mon. ℧Z. 4 Mon. ⊢K.

Plut., Theo, Cleonides (sic), Eucl., Gaud., Alyp., Bch., Dion. (150) (Ps. Bch.). — E lectionibus quas Franz notavit video eum in isagoga congruere cum reliquis qui Cleonidem inscribunt. eadem manu eum scriptum dicit Studemund (ad Euclidis finem) et ex eodem archetypo petitum ac (173) Barb. canonem autem 13 locis divisum hic habet, Bb. omittere videtur. omissis iis quae B[1] habuerat emendata exhibet 185, 9. 200, 4. armis ornatus est Pauli III pontf. — inspexit Bormann.

Vat. 671. bomb. S. XIV exhibet Ps.-Euclidis isagogen (151)
nomine Pappi inscriptam. dubito huncne viderit Possevinus, qui Pappo illum libellum vindicabat (v. infra p. 171 et Montefalconi biblioth. biblth. II p. 11[b]), an habuerit illum, quem index Rehdigeranus (infra p. LXXV ann.) signat 180. ex hoc puto illos, quos ad n. 118 nominavi, isagogen sumpsisse, nisi forte usi sint (187) Marc. 512.

Vat. 698 [Pselli vel Gregori] syntagma de mathematicis (152)
scientiis, cuius lectiones Franz conscripsit ad textum haustum e Vat. 111. iungit autem hic V ad Xylandri *τετράγωνον* p. 27, 3 et ad *ἀνάλογον* 28, 25 alia quaedam, idem post 29, 23 inserit quae legis apud Vincentium 340 *τὰ μὲν οὖν ἔμμεσα*, etiam locum Vincenti 342 *ἰστέον δὲ ὡς ἐπὶ μὲν τῆς τάσεως* hic habet post 30, 23 Xyl. denique exitum illius syntagmatis sequitur longior expositio: *ἰστέον δὲ ὡς ἡ δίεσις λόγον ἔχει ἐπιτριακοστοδεύτερον* de intervallorum rationibus (96 : 108 : 121 : 128). inde transitur ad geometriam. cf. nostrum 149[a].

Vat. 1013. bomb. S. XIII. fol. Plut. Ams.-Stud. 153. (153)

Vat. 1033. ch. 8⁰. S. XVI. sub titulo *εἰσαγωγὴ ἁρμο-* (154[a])
νικὴ εὐκλείδου hic habet scholium illud *Δύναμις δὲ τάξις φθόγγων* (p. 207, 10) usque ad *πραγματείας*. sequitur Euclidis sectio. hic librarius profecto e (2) M aut e (3) V fol. 295 titulum cum iis quae in Marc. intrusa erant transscripsit.

Vat. 1086. Bryennius. (154[b])

Vat. 1144. [Pselli aut Gregori] synopsis quattuor (155)
mathemeticarum scientiarum. cf. 106. 165. 189 al.

(156) Vat. 1341. bomb. 8⁰. S. XIV—XV. hic codex cum apud Nolhac, *Bibliothèque de Fulvius Orsinus* [Paris 1887] p. 125 et 337 dicatur esse Orsini illius n. 34 et exhibere Aristotelis topica, Aphthonium de musica(?), Nicetae Heracleensis varia, — dubitans ego an Studemund in numero codicis erraverit, a Tschiedelio quaesivi, contineretne hic illa quae St. invenit. ac continere Tsch. affirmavit probavitque aliud quod suspicatus eram. Fulvi enim Orsini fuit ille codex, e quo Possevinus in Bibliotheca selecta Euclidis isagogen latine vertit et amplificavit[1] (v. infra p. 175). iam hic 1341 quia (fol. 177^r) ad 179, 9 adscriptum habet *περὶ φθόγγου καὶ τῶν λοιπῶν* et 185, 15 inserit *προσλαμβανόμενος μὲν οὖν εἴρηται*, se ipso usum esse Possevinum ostendit. cum M eum agere video in 179, 8 *τόνου* etiam omittere cum illo 206, 6 *μερῶν* et q. s., in minutiis saepe discrepat. de natura eius et dignitate iudicare difficile est, quia Stud. nihil eum valere ratus initium et exitum comparare satis habuit. optimae tamen notae id mihi videtur, quod 207, 7 isagoges facit finem (cf. c. 56). supplementa quidem illa Possevini noli aestimare magni; nam cum forma *παράμεσος* ibi legatur ab Aristoxeneis aliena et *ὁμόφωνα* (quod AQ de sonis dicit) perverse referatur ad intervalla, intellegis esse futilia. eadem exhibet (55) cod. Vulcani, fortasse et (149) Par., qui qua ratione exagogen finiant me nescire admodum doleo.

---

1 Possevinus textum auget p. 185, 15 ex AQ p. 10, 6, p. 187, 2 addit quae habet de spisso Bryennius 384, 33 mixta ex AQ 12, 2 et Arx. 24, 11. ibidem discernit consona dissona paria cum AQ 12, 18—13, 7. p. 187, 18 addit *τριημιτόνιον* et quae dedi in varia lectione. p. 189, 6 auget ex AQ 13, 30. p. 190, 11 ex AQ 14, 32. p. 207, 7 habet *ἡ μελοπειία* (sic) *ἐστὶ δύναμις κατασκευαστικὴ μέλους* (cum AQ 28, 29), *μέλος δὲ πλοκὴ φθόγγων ἀνομοίων ὀξύτητι καὶ βαρύτητι* (AQ 28, 27), pergit cum AQ 28, 30. pro eius 29, 26 tamen scribit *πεττεία δὲ ἡ ὑφ' ἑνὸς τόνου πολλάκις γινομένη πλῆξις* (ex ipsa isag. 207, 4 cum Bry. 503, 4) *καὶ ᾗ γινώσκομεν.* post *παραστατική* 29, 32 pergit (cum Bacchio 302, 22 et Bry. 503, 9): *τονὴ δέ ἐστιν ἡ ἐπὶ πλεῖστον χρόνον μονὴ κατὰ μίαν γινομένη προφορὰν, ὅταν — μελῳδῶνται.* finitur 30, 25 *διωρθοῦτο.*

Vat. 1346 (Orsini 33). ch. continet post Aristarchum harmonica Ps.-Euclidis. Nolhac, *B. de F. O.* p. 187 (337). (157[a])

Vat. 1364 (Ors. 45). S. XVI. Bry., AQ., Bacch., Dion. (Ps.-Bch.), hymni, Porph. univ., Hero pneum. — AQ. transscriptus e (149[a]) V 192, sed est pessimae notae. Ams.-Stud. 123. (157[b])

Vat. 1374 (Ors. 43). S. XV—XVI (Carteromachi). Nicephorus Greg. technol. gramm., Plutarchus. Ams.-St. 155. (158[a])

Vat. 1719. Athanasi interrogatio. Pediasimi arithm. et mus. hunc refert 35 in codd. Lollianis Batifol in *Mélanges d'archéol. et d'hist.* IX (1889) p. 35. (158[b])

Vat. 1772 (Loll. 88, olim 61). AQ., Bry., Bacch., Nicom. ib. 42. (158[c])

Vat.[1] 1800 (Loll. 116, ol. 88). Porph., Bry. ib. 46. (158[d])

Vat. Urbinas 77. ch. S. XVI. continet 1. Ps.-Eucl., 2. Eucl., 3. 4. Arx. harm. et rhythm., 5. 6. Ptol. cum (159)

---

1 Exstant autem bibliothecae Vaticanae veteres quidam catalogi. horum unum qui temporibus Sixti IV conscriptus et circa annum 1568 per Rehdigerum Vratislaviam allatus esse videtur, Fr. Haase imprimendum curavit in Serapeo XII (1851) inde a p. 129. ibi fuerunt: 57. Boetium graece vertit Planudes. 124. Astronomi. Gaud. Arx. Al. Ptol. 130. Astr., Ptol. 156. (Ptol.) Bry. Ptol. Porph. in I 1—4. 165. Cleomedes. (Nic.) Ptol. 171. (Nic.) Ptol. (Eucl.) 177. (comm. in Pt.) Ptol. 180. Cleon. Gaud. Theo cum Pappi isagoga. Ptol. 200. (Eucl.) AQ. scholia in arithm. II, utilia ad Plat. psychogoniam. canonis sectio. Ptol. Plut. (204. Rhacendytae synopsis.) 421. (Ptol.) Bry. Porph. in I 1—4. 433. (Joannes in Nic. ar.) Porph. Nicomachi capita. 443. Ptol. Plut. 552. (*Ἀκιστικὴ ψυχῶν ὑποτύπωσις.* synopticum syntagma philosophiae.) [Pselli vel Gregori] de arithm. musica, geometr. — Uncinis nomina Ptol. vel Nic. inclusi, ubi aliud opus codex continet non harmonicum. — Publicatus autem est eorundem librorum elenchus etiam in Müntz et Fabre, *Bibliothèque du Vatican au XV siècle* (1887). ibi insunt p. 235 in astrologis: cod. chart. musica Ptolomei et Briennii, alter cod. chart. musica Ptolomei et Nicom. arithm., tertius continet Ptol., quartus (chart.) Ptol. Nic. arithm. Eucl. geom. accedit p. 236: chart. Nicom. Bry. — quorum codicum miror vix unum vel alterum (Ptol. aut Plut.) apparuisse in iis quos supra enumeravi, qui vero plura continuerint, omnes latere.

(159) Porph., 7. Nicom. I, 8. Macrobi somn. II 1, 8—25 graece versum a Planude, 9. Barlaami iudicium de ultimis Ptol. capp. (ed. Franz), 10. Theonem de mus. 1—12 (p. 46 —57, 6), 11. Papp. (Cleon.), 12. Aristidem, 13. Bacchium, 14. Dion., 15. hymnos, 16. Anonymos, 17. Alypium, 18. Gaudentium, 19. Theonem integrum. — Hunc multa petivisse e Vat. 191 putabat Studemund (Amsel 127. 128) et concedo inde haustum esse Arx. habet autem Zosimi subscriptum, quod abest ab illo Vat. ac partes doctrinae hausisse videtur e libris Neapolitanis. nam quae habet n. 7—9, ea coniuncta vides in (77) N 3, libelli 13—16 coniuncti sunt in (78) N 4, quocum etiam signorum musicorum pars congruit.

(160) Vat. Pal. 53. ch. fol. S. XVI. Hermetis Trism. opusc. XVIII. Euseb., Theo Sm. (arithm. et mus.). al. Stevenson, Codd. msc. Pal. (1885) p. 27.

(161) Vat. Pal. 60. ch. fol. S. XVI. Ptol. cum schol. mg. in priores libros. Porphyri commentarii capp. 96 (sic). Heronis pneumatica II et I. Stev. 31.

(162) Vat. Pal. 62. S. XVI. alia et Pselli psychogonia. Stev. 31.

(163) Vat. Pal. 95, bomb. 8⁰. S. XIII. litteris minutissimis scriptus. continet Ptolemaeum, (libro III deest finis capitis II [sic] et integrum c. XIII). al. Stev. 48.

(164) Vat. Pal. 129. ch. 8⁰. S. XV. Excerpta e . . . Nicom. (Haase p. 208. Wilken p. 279.) Stev. 61.

(165) Vat. Pal. 281. membr. fol. S. XI (Nicolaus scr. 1040). (Pselli aut Gregori) compendia de philos. arithm. mus. al. in fol. 173 *ἡ κοινὴ ὀρμασία ἡ ἀπὸ τῆς μουσικῆς μεταβληθεῖσα* (quam habes infra p. 421). Canonis sectio Thrasylli (Theo 35). canonis tabula de condensatione (Theo 36). de analogiis (Theo 33). eadem fere continent codices quos numeravi 16. 34. 65. 149ᵃ. 171ᵃ. imaginem scripturae exhibet Wattenbach *Anleitung zur gr. Paläographie* (1863) tab. 2. 3. cf. Haase 286. Wilken 282. Stev. 157.

Vat. Pal. 303. ch. fol. S. XVI. Theo ar. et mus. (166)
Stev. 171.

Vat. Pal. 389. chart. fol. S. XVI. Ptol. Porph. hypo- (167)
thesis in I, hypomnema in II. (des. ἡ τοῦ ἁρμονίου γένους μελῳδησις). Stev. 250.

V. P. 390. ch. f. S. XVI. Ptol. I. Stev. 251. (168)

V. P. 392. ch. f. S. XVI. AQ. (supplevit partem (169)
A. Darmar. 1564). lemmata π. ῥυθμῶν, π. ποδῶν sim. Stev. ib. Jahn XLIX.

Vat. Reginensis 94. ch. fol. S. XVI. ult. pars (latina) (170)
scripta a De Sanctis. — Juliani Antiochicus, al. Alypius. Nicom. I et II. Heronis Pneum. libri II. Ps.-Eucl. (in mg. supplentur verba omissa.) Euclidis sectio cum schematis (Zosimi subscriptio). Arx. — Stevenson, Bibl^ae^ Vat^ae^ codices (1888) p. 69.

Vat. Reg. 108. ch. fol. S. XVI. (Pselli) de anima opi- (171^a^)
niones. Anonymi Ὁρμασία, Κανόνος κατατομή, πῶς δεῖ καταλαβέσθαι quae habet (34) Laur. suppl. 64 et fortasse (149^a^. 165.) Vatt.

Vat. Reg. 169. ch. 8^0^. S. XV. Ps.-Eucl., Eucl. nitide (171^b^)
scriptus titulo aureo. olim Hospitalis cancellarii (donaverat Convers 1587), dein Petavii. Stev. 115.

Barberinus II 78. ch. f. S. XVI. Ptol. cum scholiis (172)
marg. exitus III 16 πάντας ἐπισφαλεῖς.

Barberinus II 86 (olim 270). ch. fol. min. e S. XVI **B.**
parte priore, hunc excepto Nicomacho[1] signavi B. con- (173)
tinet: f. 1 Arx., 49 Ptol., 195 Porph., 271 Plut., 295 Theonis mus. 1—12, 300 Pappum, 311 Cleonidem, 318 Euclidem, 330 AQ., 411 Bacch., 423 Alypium, 438 Gaud., 451 Anon.

Hic librorum thesaurus ab uno librario confectus est, qui elegantissime scripsit eadem fere ratione, ac qui Neap. 2

---

1 In Nicomacho B significat cod. Bernensem. in Cleonidis isagoga noli confundere lectiones huius cod. fol. 300 (Pappi) quas publicavi, cum altera recensione (nom. Cleonidis) quam imprimendam non curavi.

B. extrema folia exaravit. conflatus autem esse videtur ex (173) archetypis diversis. Aristoxenum quidem e duobus vel pluribus fontibus petitum putat Marquard XXV—XXVIII, ut principia sive archai (*πρὸ τῶν ἁρμ. στοιχ.*) concinant cum (36) Ricc. et U et iis quae in M postea intrusa essent, ipsa autem elementa hausta sint e Vat. 191. — Ptolemaei doctrina permultis scholiis ornata est, quorum pars inscripta est inter ipsas lineas (*Ὅρος ἁρμονικῆς*. dein super *δύναμις*: *ἕξις*, super *ὀξύ*: *ὀξυτάτων καὶ βαρυτάτων τάσει ἐν μουσικῇ καλεῖν εἰώθασιν*, postea *ὅρος ψόφου*. super *πλησσομένου*: *οὐ ψυχρότης ἢ θερμότης, ἀλλὰ πλῆξις φωνητικὴ δηλαδή*), pars in margine, ut *ἀκοή ὕλη πάθος*
λόγος εἶδος αἴτιον. aliud scholion in media pagina prima sub ipsa doctrina inscriptum incipit: *Καὶ τὸ παρὸν βιβλίον διωρθώσατο καὶ ἀνεπλήρωσε καὶ ἡρμήνευσεν ὁ φιλόσοφος Νικήφορος ὁ Γρηγορᾶς. ὁ γὰρ μακρὸς χρόνος φαύλων γραφέων χερσὶν ἐς διαδοχὴν τῆς βίβλου χρησάμενος τὰ μὲν ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς εἰς τὸ σφαλερὸν μετήνεγκε, τὰ δὲ ἀμαθῶς διακόψας ἐκ μέσου πεποίηκεν*. falsa igitur et perdita se restituturum promittit Gregoras. in tertia demum paginae parte interpretationes inscriptae sunt: *Τῶν ἐν τοῖς ψόφοις εἶπεν καὶ οὐχὶ ἐν ταῖς φωναῖς κτλ.* et ad *ἁρμονίας*· *Μὴ εἶναι ἁρμονίας κριτικὴν τὴν αἴσθησιν ἀλλὰ τοῦ ἡρμοσμένου.* scholiorum etiam thesaurus huc collatus esse videtur plenissimus. cf. Bb. II 94 et Mon. 200). — Ad Plutarchi verba emendanda haud multum Studemund putavit hunc valere (Amsel 155), quamquam plures codices librarius consuluisset. — E Theonis c. 12 transit ad isagogen, quam vindicat Pappo (v. p. 171 et c. 118). hanc partem a Stud. non excussam Franz summa diligentia transscripsit, et Parisini propinqui lectiones cum adhibere posses e Crameri anecdotis, Hamburgensis autem forma a Kiesslingio enotata mihi videretur inferior[1], specimen huius familiae petivi ex Barb. patrem quidem huius ordinis putaveris

1 H omittit 183, 9—11.

Neapolitanum 2, qui quae in mg. adscripsit, ea B habet in contextu 184, 6. 186, 16. (Euclide quidem et Gaudentio collatis hoc non confirmatur, ut de Vat. 671 potius aut Marc. 512 videatur cogitandum.) Parisino cum hic plus habeat 194, 4 (ἐπὶ ὑπ. μεσ. om. ille), filius eius putari non potest. — Venimus ad isagogae alteram recensionem, quam hic una cum canonis sectione vindicat Cleonidi. hoc nomen quia B inscripsit, et quia sectionis titulum habet περὶ φθόγγων (quem minio in mg. adscriptum habet N, — om. Par.), et quia omnes paginas usque ad sectionis finem inscripsit Κλεονείδου εἰσαγωγή, quovis pignore contendas haec sumpta esse ex Neapolitano Vallae. accedit parium lectionum magnus numerus, π. συστήματος, π. τόνου iusto ordine servato, γένει 182, 4, om. 185, 7—9, τραχυνθῆναι 188, 2, aberrant a χρώματος 189, 16, δισιαίω 21, καὶ ἰάστιος καλ. ὧν ὁ βαρτ. perverso loco insertum 204, 5, ac similiter in canonis sectione οὐδὲ 148, τυγχάνειν 149, 4, προθέσει 5, τὸ β 150, 6. et — quod maius est — conspirant in bonis illis diagrammatis, quae in textum recepi. et quod 181, 5 B cum Par. 2535 recepit in lineam quae N habet in mg. (βαρύτης μέν ἐστι praemissum illi ὀξύτης), id maximum dixeris familiae et necessitudinis argumentum. tamen dubito liceatne B dicere Neapolitani esse filium. nam quae ad Par. 2535 attuli de fig. 6 et 8 mendis et de omissa fig. 9, ea contra N auctoritatem apertius pugnant, quam ut patrem hunc dicere audeam. et diagrammatum loci atque ordo cum in hoc B melius servati sint quam in P, minus etiam hunc ex N repetere possumus.[1] restat ut fratres vel consobrinos esse censeamus. et B sitne e P. 2535 transscriptus si quis quaerat, hoc quoque negandum videtur. obstat enim sectionis titulus. π. φθόγγων, obstat τυγχάνει 149, 4 in

B.
(173)

1 Cf. etiam ἡμιολίαν in B 191, 1 quod sero videtur in N ita scriptum (N[1] ὁμοιολίαν), et εἴπερ ἡ τάξις 195, 6 (περὶ ἄξις N), ὑπάτων 195, 12 (N perispom.). sin vero B antiquiorem putaveris et hunc dixeris patrem Neapolitani, scito deesse in B fig. 18, adesse in N.

B. P, om. ille *ἡμιόλιος ὁ δὲ* ꝺζ 154, 18. ne Par. quidem ex B
(173) videtur ortus esse; nam B omittit *ἐν* 149, 22, et habet *ἐγενήσθω* 150, 5.

Cleonidis textus postea ad fidem Vaticani 191 vel simillimi cuiusdam exemplaris correctus est. omnia enim quae ibi omittuntur, hic vides rubro colore deleta, quae aliter ibi leguntur, eodem hic colore mutata. veluti 183, 26 *παρυπάτη μέσων* in B^1 omissum scribitur in marg., 184, 1 *ἐναρμόνιος* add. in textu, item l. 5 et 9, deinde (ut taceam de loco intricatissimo 184, 15) 185, 7 *ἐναρμόνιος*, 8 *παρανήτη διεζ. χρωμ.*, *παρανήτη διεζ. διάτονος* linea rubra subducta, 185, 18 *ὅσοι* om., corr. *εἰσὶ*, 25 *τούτων* add. mg., 186, 11 loco *τρίτη*: *τῶν*. etiam canonis sectio ad Vaticani fidem emendata videtur his locis: 149, 19. 151, 9. 152, 1. 156, 7.

In Aristidis arte primum diagramma cum duos signorum ordines bene servaverit, tertium habeat confusum ordinem et turbatum, e Ven. VI 10 haec transscripta putaveris[1], et in huius diagrammatis locum cum B substituat alterum ad U(eneti 322) exemplar expressum[2]: Parisini 2532 recordaberis, qui eadem ratione duas diagrammatis formas coniungit. verborum tamen contextus quem novimus e Ams.-Stud. p. 128, a Ven. longe recedit, ut

p. 1, 12 Ven. habet *παλαιῶν φιλοσόφων*, om. *φιλ.* B,
1, 13 *μάθημα* V, *μάθησιν* B,
1, 23 *ἐπιτυχόντων* V, *ἐπιτυχόντων ἦν* B,
2, 2 *τῆς τέχνης κἀκεῖνο*, *κἀκεῖνο τῆς τέχνης* B,
19, 34 post *ἡμιτονίου* V errat ad 20, 1 B habet omnia.

sed haec quoque Barberini pars ad alterius exemplaris lectiones correcta est, sicuti multis locis apparet, praecipue ex illo *οὐκ ἦν ἐν ἄλλῳ* 16, 8 M. concinunt autem et

1 Desunt α et crux illa. notae 11^b 12^a 12^b 24^b pares sunt Venetiano. 19^a similis ⅄, adest β ante n. 26.

2 *Τὸ ἄλλο ἀντιγραφόμενον οὐκ εἶχε τὸ* B (ante 26). sed incipit ab *α* et cruce habetque 5^b Ɔ et 6^b *σ*. cf. Bellermann *Tonleitern* tab. 5.

priores lectiones et verba emendata cum Hamb.[1] — In (173)
Bacchio item semper concinunt B et Hamb., archetypus est Par. 2532. — Alypium in Meibomi usum contulit Leo Allatius. Studemund quoque partem (ad p. 14) excussit, nec tamen multa invenit vel gravia quae differant. — In Gaudentio cum B habeat tria illa diagrammata, propinquum iterum se nuncupat codicum Neap. 2 et Hamb. 36. concinunt enim in *τὸ* (om. *αὖ*) 328, 19, *τάσις* 329, 8, *λέγει τ'* 330, 3, *δὲ εσις* 331, 11 et conspirant in notis musicis atque in diagrammatis, ut pro certo demonstrasse tibi videaris hunc e codice Vallae esse transscriptum. at hic quoque impedientes occurrunt duo loci; nam 347, 7 in N patet lacuna in B expleta, et 353, 21 N om. *καθειλυσμένον* scriptum in B! et Hamburgensem cod. recentissimum facile quis putaverit e B transscriptum, sed ne hoc quidem concedi potest. abhorrent enim nonnumquam illius priores lectiones ab hoc exemplo, correcta autem quae ibi sunt, ea ad B quadrant tantum non omnia. —

Quae cum ita sint, fontibus usum hunc esse apparet plurimis, quorum vix unum vel alterum novimus. — Fuit olim Marcelli de S. Cruce, cuius arma continet. — Ipse inspexi, contulit maiorem partem Studemund.

Barb. II 94. chart. fol. insunt Ptol. alia. (174)

In Collegio Romano olim exstabat codex anni 1400. inerat AQ., Ptol., Porph., Bry., Plut., Eucl., Arx., Al., Gaud., Nic. II. nunc non invenitur, in Victoris Eman. bibl. frustra quaesivi.

Farnesianum cod. ne cum Jahnio XLIX Romae quaeras, vide supra n. 78 et infra p. 456.

Taurinorum Augustae in cod. 103 bibl. Athenaei (175)
exstare dicuntur Bryenni libri I et II. (Cat. p. 193. Fabricius BG. III 635 Harl.

---

1 Binas lectiones aequales habent BH in AQ 4, 9. 5, 4. 18. 6, 22. 7, 3. 9, 21. 10, 31. 11, 11. 29. 12, 27. sed 8, 11 ubi B omittit *ἁρμονικὸν-πρακτικόν* H omnia bene exhibet, ut filius illius dici non possit.

Traiecti in bibliotheca academiae exstant:

multa sunt nec gravia quae concinant.[1] aliquantum quidem valere illud existimo, quod in pr. XI 6, cum fiat sonitus, aer dicitur aerem movere (*ἀεὶ ἕτερος ἀήρ*), sicuti scriptum videmus apud Heraclidem. et ut propagari uterque dicit sonos per aerem, ita dissolvi interdum et rumpi dicunt, eodem usi verbo *ἀποῤῥηγνύναι*.[2] sententiam autem praeclaram problematis XIX 39^b *ἡ δευτέρα τῆς νεάτης πληγὴ τοῦ ἀέρος ὑπάτη ἐστίν*, unde apparet vibrationes chordarum numeratas esse, nescio cui maiore iure vindicem, quam ei, qui scripsit de audib. 803$^{b\,40}$: *τὸ δὲ αὐτὸ συμβαίνει τοῦτο* ⟨scil. *συνάπτεσθαι τὰ διεστηκότα, ὅταν φέρωνται ταχέως*⟩ *καὶ περὶ τὰς συμφωνίας. διὰ γὰρ τὸ περισυγκαταλαμβάνεσθαι τοὺς ἑτέρους ἤχους ὑπὸ τῶν ἑτέρων καὶ* ⟨μὴ⟩ *γίγνεσθαι τὰς καταπαύσεις αὐτῶν ἅμα, λανθάνουσιν ἡμᾶς αἱ μεταξὺ γιγνόμεναι φωναί* (an *σιωπαί*?). hypates enim rari ictus ita comprehenduntur (*περισυγκαταλαμβάνονται*) crebris ictibus netes, ut bini netes ictus congruant cum chordae gravissimae ictibus singulis. hausisse igitur videntur unum vel aliud problematum auctores ex libro illo *περὶ ἀκουστῶν* vel e doctrina Heraclidis, neque tamen arta iis intercedit necessitas. non sunt multa quae concordent; est contra in quo dissentiant. nam in initio fragmenti de audibilibus auctor reprehendit eos qui sonos fieri dicant aere conformato *τῷ τὸν ἀέρα σχηματίζεσθαι* —; dicunt autem hoc auctores problematum XI 51 (93). 23. quod cum nec ab Aristotele nec ab Heraclide petivisse videantur

---

1 Graves esse dicuntur voces eorum qui vomuerint XI 18 (82), aud. 804$^{a\,18}$.

2 Pr. XI 12. 46 (= 90). XIX 3. aud. 804$^{b\,11}$.

problematum factores, usos eos esse aliis etiam fontibus putandum est.

Artius certe coniuncta sunt musica problemata cum libris Aristotelis, nec multa puto vel magna invenies quae inter eos discrepent. unum quidem problema si legisset Peripateticorum magister, molestissime mihi videtur fuisse laturus. nam quod tibiarum cantus XIX 43 tantis laudibus extollitur adeoque lyrae praefertur, id probare nullo modo potuit is qui scripsit de republica VIII 6. sed in hoc ipsum problema mirum illud cadit, quod quaestionem quam repetitam legimus ex XIX 9 diverso sensu accepit diversus auctor, nam πρὸς αὐλὸν ἢ λύραν ille 9 interpretatur *ad tibiam vel lyram*, hic 43 *gratior est cantus ad tibiam quam ad lyram*. qua ex re manifestum fit alterum certe auctorem non exscripsisse quae in schola responderi solebant, sed ex suo ingenio quod responderet finxisse.

De aetate problematum si quid te conclusurum speras e numero chordarum vel aliis rei musicae vestigiis, timeo ut multum proficias. chordarum numerus Lasi et Simonidis temporibus primum auctus[1], Ionis Chii aetate (450 a. Ch.) erat undecim, quibus dithyrambi poetae unam chordam addiderunt.[2] problematum autem scriptores, qui nunquam chordis addant nomen tetrachordi, hypaten simpliciter dicant chordam gravissimam et neten acutissimam (XIX 3. 4. 7 al.), apparet

---

1 Ps.-Plutarchus de mus. 29. Graf, de Gr. re musica (Marburg 1889) p. 7. Suidas Simonides. Plinius hist. nat VII 204.

2 Pherecratis fragmentum comoediae apud Plut. mus. 30. vers. ult.

non plures chordas cogitasse quam octo.[1] hoc autem cum item faciat Aristoxenus in harm. princ. 50 ss. p. 22 Mb., manifestum fit missa illos artificum cithara simplicem lyram cogitare, cui plures chordae nunquam fuerint.

Nec melius res se habet, ubi consideramus usum adverbiorum *ἄνω* et *κάτω*. hac de re cum plura dicenda sint in iis quae Euclidis sectioni sumus praemissuri, sufficiat nunc dicere, quamquam prioribus temporibus Graeci *ἄνω* ad graviores sonos revocassent, tamen iam Aristoxeni aetate *ὑπέρ* in tonorum vel systematum nominibus relatum esse ad sonos acutos, ut *ἄνω* hoc libro similiter usurpari minime sit mirum.

Plurima igitur harum sectionum auctores sumpsisse videmus ex ipso Aristotele, nonnulla ex libro *περὶ ἀκουστῶν* (Heraclide) et aliis fontibus hausisse. et cum magna pars talium quaestionum haud multo post Aristotelis aetatem fabricata esse videatur, de harmonicis problematis non est quod aliud statuamus.

Bk. Contextus fundamenta iecit Immanuel Bekker: Aristotelis opera edidit academia regia Borussica Berolini 1831—70. problemata continet vol. II p. 898—923. Bk. usus est hic codicibus manuscriptis:

C est Laurentianus 87, 4.
X „ Vaticanus 1283.
Y „ Parisinus 2036.

1 Nec miror, si quis etiam posteriore aetate in simplici lyra septem habet nervos. ita res se habere videtur apud Aristotelem in metaphys. XIII 6, 4 (supra p. 35, 1), sed Pythagoreorum (fortasse antiquorum) ille refert praecepta.

Bj. Sectionem XIX commentario utili instruxit Ern.
Fred. Bojesen de problematis Aristotelis disser-
tatio. Hafniae 1836.
Bs. Secutus est Bussemaker, qui editore Didot 1857
in volumine IV Aristotelis p. 173—214 proble-
mata musica imprimenda curavit. idem in eodem
Par. volumine p. 307—309 aliam sectionem edidit
recognitam ad fidem librorum Madridensium et
Parisinorum. nova illa problemata alios codices
Us. secutus iterum recognovit Herm. Usener: Ale-
xandri Aphrodisiensis quae feruntur problemato-
rum liber III et IV (Jahresbericht des K. Joa-
chimsthalischen Gymnasiums. Berlin 1859). De
W. nonnullis problematis egit Aug. Wagener in
Gevaert, Histoire et théorie de la musique de
l'antiquité. Gand. 1875—81. Denique sectionem
R. XIX Gallice interpretatus est Chr. Em. Ruelle.
Problèmes musicaux d'Aristote. Paris, Didot. 1891.
extrait de la Revue des études grecques IV (1891).
P. idem excusso codice Parisino 1865 scripsit *Cor-
rections anciennes et nouvelles dans le texte des*
R 2. *problèmes musicaux d'Aristote*. dans la même
Revue 1892.

[Ἀριστοτέλους] προβλήματα.

Ε. Ὅσα ἀπὸ κόπου.

2. *Διὰ τί τοῖς λειποψυχοῦσι καὶ τοῖς ἐκ τῶν γυμνασίων διαλυομένοις ἐλάττους τε οἱ ὄγκοι καὶ ὀξύτεραι δοκοῦσιν εἶναι αἱ φωναί; — Ἢ ὅτι αἵ τε φωναὶ ἐλάττους φαινόμεναι ὀξύτεραι φαίνονται (σημεῖον δὲ, ὅτι μιμούμενοι τοὺς πόῤῥωθεν ὀξὺ φθέγγονται) καὶ οἱ ὄγκοι ἐλάττους.*

ΙΑ. Ὅσα περὶ φωνῆς.

3. *Διὰ τί μεγαλόφωνοι πάντες εἰσὶν οἱ θερμοὶ τὴν φύσιν; — Ἢ ὅτι ἀνάγκη καὶ ἀέρα πολὺν καὶ ψυχρὸν ἐν τούτοις εἶναι. ἕλκει γὰρ τὸ πνεῦμα τὸ θερμὸν πρὸς ἑαυτὸ [καὶ] ἀέρα καὶ πλείω τὸ πλεῖον. ἡ δὲ μεγάλη φωνὴ γίνεται ἐν τῷ πολὺν ἀέρα κινεῖν [καὶ ὀξεῖα ἐν τῷ ταχέως, βαρεῖα δ' ἡ ἐν τῷ βραδέως].*

---

4 *ὀξύτεραι* C, *ὀξύτεροι* XY. 5 *αἱ* (ante *φωναί*) Bk, om. codd. 10 *πάντες εἰσὶν* om. Y. 11 *φύσιν ὄντες ἢ* id. *καὶ* ante *ψ.* om. Y. 12 *ἐν τούτοις* ante *ἀέρα* Y. *τὸ πνεῦμα τὸ θερμὸν* Bk, *θερμὸν καὶ πνεῦμα* codd. 13 *καὶ* et l. 15 seclusi.

V 2. His rebus intellegendis quicunque operam navare vult, primum adeat quaeso pr. XI 14 in., ubi quae sit sonorum natura et unde fiant acuti vel graves, luculenter exponitur. ex acuminis causis adhibitam hic vides alteram, canentis debilitatem. qui enim languet, is paululum aeris emittit, unde soni fieri dicuntur acuti. minuta autem sonorum magnitudine vel fortitudine intendi eos ad acumen repetitur XI 6 et 20, etiam de clamantium voce imitanda eandem habes sententiam XI 6. XI 3. *ἕλκει* fervidus illorum animus multum aeris ducit et exhalat. cf. XI 13b.

6. *Διὰ τί πόῤῥωθεν αἱ φωναὶ ὀξύτεραι δοκοῦσιν εἶναι;* οἱ γοῦν μιμούμενοι τοὺς σφόδρα πόῤῥω ὄντας καὶ βοῶντας ὀξὺ φθέγγονται καὶ ὅμοιον τοῖς ἀπηχοῦσιν, καὶ τῆς ἠχοῦς ὀξύτερος φαίνεται ὁ ψόφος· ἔστι δὲ πόῤῥω, ἀνακλᾶται γάρ. οὐκοῦν ἐπεὶ ὀξὺ μὲν ἐν ψόφῳ τὸ ταχὺ, βαρὺ δὲ τὸ βραδὺ, ἔδει βαρυτέρας πόῤῥωθεν φαίνεσθαι τὰς φωνάς. τὰ γὰρ αὖ φερόμενα πάντα βραδύτερον φέρεται, ὅσῳ ἂν ἀπέχῃ τῆς ἀρχῆς πλεῖον, καὶ τέλος πίπτει. — Πότερ' οὖν, ὅτι οἱ μιμούμενοι ἀμενηνῇ τῇ φωνῇ μιμοῦνται καὶ λεπτὴν τὴν πόῤῥωθεν φωνήν· λεπτὴ δὲ βαρεῖα οὐκ ἔστιν, οὐδὲ μικρὸν καὶ ἀμενηνὸν φθέγγεσθαι βαρὺ, ἀλλ' ὀξὺ ἀνάγκη. — Ἢ οὐ μόνον οἱ μιμούμενοι διὰ τοῦτο μιμοῦνται, ἀλλὰ καὶ οἱ ψόφοι αὐτοὶ ὀξύτεροι γίγνονται. αἴτιον δὲ, ὅτι ὁ ἀὴρ ὁ φερόμενος ποιεῖ τὸν ψόφον· καὶ ὥσπερ τὸ πρῶτον ψοφεῖ τὸ κινῆσαν τὸν ἀέρα, οὕτω

---

6 βαρὺ Bk, βραχύ codd. βραδὺ Bk, βαρύ codd. βαρυτέρας Bk, βραδυτέρας codd. 16 ψοφεῖ Y, ψοφοῖ X, ψοφῇ C.

Pr. 6. „Si eos, inquit, qui e longinquo clamant imitamur, acuto quidem sono clamamus [hoc fere verum] et vocis repercussae utpote e longinquo venientis sonus videtur a c u t u s [?]. quoniam autem in sonis celeritas efficit acumen, necesse erat voces e longinquo allatas minuta celeritate videri nobis g r a v i o r e s. qui tamen fit, ut voces procul delatae fieri videantur a c u t a e?" [causam quaerit rei non verae, ut in pr. 20.] (3) τοῖς ἀπηχοῦσιν „qui reddunt vocis imaginem ut echo". sed fortasse scribendum ἀντηχοῦσιν, cf. XIX 11. (4) ἔστι δὲ πόῤῥω. vox repercussa bis permeat spatium. (9) πότερ' οὖν. primum ille non problemati respondet, sed additae sententiae de vocis imitatione affert causam „quia tenuis est sonitus, gravis esse non potest". huc confer quae diximus ad pr. 14. (13) ἢ οὐ· „aer pellit aerem, minuitur tamen et restringitur impetus, atque ut emissa sagitta postremo concidit, ita sonus motu finito (ἐὰν μαρανθῇ) exilior fit eoque acutior". sagittam comparavit iam Archytas, cf. Porphyrium ad Ptol. 237. διὰ τοῦτο i. e. sono acuto.

δεῖ πάλιν ποιῆσαι τὸν ἀέρα καὶ ἀεὶ ἄλλον κινοῦντα εἶναι, τὸν δὲ κινούμενον. διὸ ὁ ψόφος συνεχής, ὅτι ἀεὶ ἐκδέχεται κινοῦντα κινῶν, ἕως ἂν ἀπομαρανθῇ, — ὃ ἐπὶ τῶν σωμάτων ἐστὶ τὸ πεσεῖν, ὅταν μηκέτι δύνηται ὠθεῖν ὁ ἀὴρ ἔνθα μὲν τὸ βέλος, ἔνθα δὲ τὸν ἀέρα. ἡ μὲν γὰρ φωνὴ γίνεται ἡ συνεχὴς ἀέρος ὠθουμένου ὑπ' ἀέρος, τὸ δὲ βέλος φέρεται σώματος ὑπ' ἀέρος κινουμένου. ἐνταῦθα μὲν οὖν ἀεὶ τὸ αὐτὸ φέρεται σῶμα, ἕως ἂν καταπέσῃ· ἐκεῖ δὲ ἀεὶ ἕτερος ἀήρ. καὶ πρὸ τοῦ λήγειν θᾶττον μὲν κινεῖται, ἐπ' ὀλίγον δέ. διὸ πόῤῥω ὀξύτεραι καὶ λεπτότεραι αἱ φωναί· τὸ γὰρ θᾶττον ὀξύ, ὥσπερ καὶ διηπόρηται. ὥσπερ ἡ αὐτὴ αἰτία, δι' ἣν καὶ οἱ μὲν παῖδες καὶ οἱ κάμνοντες ὀξὺ φθέγγονται, οἱ δὲ ἄνδρες καὶ οἱ ὑγιαίνοντες βαρύ. τὸ δὲ τοῖς ἐγγὺς μὴ ἐπίδηλον εἶναι τὴν φωνὴν ἢ βα-

1 ποιῆσαι, an κινῆσαι? καὶ ego. 2 τὸν C τὸ BK. 3 κινοῦντα Bk, κινοῦντι codd. 10 πρὸ τοῦ λήγειν ego, πρῶτον ἐλάττω codd. ὀλίγον CY, ἐλάττω X. 11 τὸ CY, τοῖς X. 12 ὥσπερ] ὥστε? Bk.

(1) ἀέρα ἀεὶ ἄλλον· Heraclides docet sonum multis ictibus consistere, quibus intersint silentia non sensa; apud Porphyrium in Ptol. 214. cf. de audib. 803b 34 et prooemium nostrum p. 52. (2) τὸν δὲ respondet ad ἄλλον (μὲν). vocem desinentem fieri graviorem, non acutiorem docebant πλείους quidam. Porph. l. l. 235, 11. (10) θᾶττον μὲν· ut corpus coniectum spatio percurso ubi cadit, celeri motu humi fertur, sed brevi tempore, ita sonitus, ubi finis adest, paulisper (ἐπ' ὀλίγον) fertur motu concitato. πρῶτον autem, quod habent codd., cum iis quae sequuntur coniungi minime potest. immo dictum fuisse videtur: „sonitus primum certo quodam impetu fertur, dein celeritas minuitur, postremo corporis cadentis modo fertur citius sonatque acutius, hoc tamen paulisper.“ (12) διηπόρηται „ut supra p. 61, 5 diximus“. (13) de pueris v. pr. 14, de aegris V 2. (15) τὸ δὲ τοῖς ἐγγύς· „quamquam obest aliquid similitudini. corpus enim coniectum unum est manetque unum et simul universum concidit, sonitus aeris partibus compositus in multas partes usque quaque diffunditur.“

ρυτέραν ἢ ὀξυτέραν γινομένην, καὶ ὅλως μὴ ὁμοίως ἔχειν τοῖς ῥιπτουμένοις βάρεσιν, αἴτιον, ὅτι τὸ μὲν ῥιφθὲν ἓν φέρεται ἀεὶ τὸ αὐτό, ὁ δὲ ψόφος ἀήρ ἐστιν ὠθούμενος ὑπὸ ἀέρος. διὸ καὶ τὸ μὲν εἰς ἓν πίπτει, ἡ δὲ φωνὴ πανταχῇ, ὥσπερ ἂν εἰ τὸ ῥιφθὲν ἅμα φερόμενον ἀπείρως θρυφθείη καὶ ἔτι εἰς τοὔπισθεν. cf. 20.

10. *Διὰ τί τὸ ὕδωρ τὸ ψυχρὸν ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἀγγείου ἐκχεόμενον ὀξύτερον ποιεῖ τὸν ψόφον; — Ἢ ὅτι θάττων ἡ φορά· βαρύτερον γάρ· ἡ δὲ θάττων ὀξύτερον ποιεῖ τὸν ψόφον. τὸ δὲ θερμὸν καὶ τῇ μανότητι καὶ τῇ ἀναφορᾷ κουφίζει. παρόμοιον δέ, ὅτι καὶ αἱ δᾷδες καιόμεναι ἀσθενεστέραν τὴν πληγὴν ποιοῦσιν.*

13. *Διὰ τί οἱ κλαίοντες ὀξὺ φθέγγονται, οἱ δὲ γελῶντες βαρύ; — Ἢ ὅτι οἱ μὲν ὀλίγον κινοῦσι πνεῦμα δι' ἀσθένειαν, [οἱ δὲ σφοδρῶς], ὃ ποιεῖ ταχὺ φέρεσθαι τὸ πνεῦμα· τὸ δὲ ταχὺ ὀξύ· [καὶ γὰρ ἀπὸ συντόνου*

---

2 ῥιπτουμένοις CY, ῥιπτομένοις X, cf. pr. 13. 3 ῥιφὲν C, item l. 5. ἓν] αἴτιον X, an ἕν τι ὂν? Bk. 5 πανταχοῦ X.

Pr. 10. βαρύτερον pondere, non sono. Pr. 13. Responsi prior pars glossis turbata est cf. Richter de Ar. probl. (Bonnae 1885) 18. Qui respondet, dicere incipit a flentibus. de ridentibus post διαλελυμένως dicendum erat τὸ δὲ βραδύ ἐστι βαρύ. de soni natura aerisque motu v. ad 14. In altera parte (ab ἔτι δὲ) verae sunt lectiones, doctrina prava. docent enim illi has res ita sibi respondere:

flentes	ridentes
frigus	calor
exiguus aer	multum aeris
anguste strictus	diffusus aer
motus fortis	motus debilis
motus celer	motus lentus
sonus acutus.	sonus gravis.

σώματος ῥιπτούμενον ταχὺ φέρεται]. ὁ δὲ γελῶν τοὐναντίον διαλελυμένως. [οἱ δὲ ἀσθενεῖς ὀξύ· ὀλίγον γὰρ ἀέρα κινοῦσιν. *οἱ δὲ ἐπιπολῆς]. Ἔτι οἱ μὲν γελῶντες θερμὸν τὸ πνεῦμα ἀφιᾶσιν, οἱ δὲ κλαίοντες, ὥσπερ καὶ ἡ λύπη κατάψυξίς ἐστι τοῦ τόπου τοῦ περὶ τὰ στήθη, καὶ τὸ πνεῦμα ψυχρότερον ἀφιᾶσιν. τὸ μὲν οὖν θερμὸν πολὺν ἀέρα κινεῖ ὥστε βραδέως φέρεσθαι, τὸ δὲ ψυχρὸν ὀλίγον. συμβαίνει δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν αὐλῶν· οἱ γὰρ θερμοὶ τῷ πνεύματι αὐλοῦντες πολὺ βαρύτερον αὐλοῦσιν. cf. 15. 50.

14. Διὰ τί οἱ παῖδες καὶ τὰ ἄλλα τῶν ζῴων τὰ νέα ὀξύτερον φθέγγονται τῶν τελείων, καὶ ταῦτα τῆς

---

1 σώματος CY, πνεύματος X. 4 τὸ om. X. 10 βαρύτερον Bk, βραδύτερον codd.

---

(4) θερμὸν τὸ πνεῦμα· calore illi opinantur plus aeris moveri quam gelu (ut pr. 3), tardius itaque moveri sonosque fieri graviores. cf. ἰσχὺς ἐν τῷ θερμῷ 32 (= 53. Par. 88), 56 (Par. 84.) 10. 36. ac — quod magis etiam mireris — tibiarum quoque sonos calore dicunt remitti. haec autem sunt Aristotelis (gener. an. V 7, 11). — contraria his legimus in 14. 17 (= 61 Par. 94). 18 (Par. 82). ibi enim verius aer dicitur dirimi calore, sonique feruntur aestate exacui, hiemis autem frigore deprimi et remitti. de problematis origine v. Richter 19.

Pr. 14. Hoc problema qui solvit, incipit a soni natura recte explicata. fit enim sonus ictu quodam aeris (pr. 19. 42. Ar. de anima II 8, 1—2. 6—7), et acutus quidem sonus continetur celeri aeris motu, gravis lento (pr. 6. 10 cet. Ar. anima 8, 8. gener. an. V 7, 2). celeriter autem movetur aer, si corpus pulsans facile superat aerem movendum (gener. § 4), id quod duabus causis fieri potest: aut enim fit huius corporis vi et robore (ut roboris sit acumen, σφοδρότητος, ut in huius probl. quaestione et 40. 47. 21 fin. IX 35[b]. 42 fin. hoc iam Archytas docuit testibus Porphyrio ad Ptol. 237 et Theone de mus. 13 p. 61), — aut fieri potest aeris pulsandi exiguitate et infirmitate, ut idem acumen infirmitate oriri videatur et debilitate (ἀσθενείᾳ 13. 16. (34.) 19. 20. 21 a. 40. 50. 53. 32.

ὀξύτητος σφοδρότητος οὔσης; — Ἢ ἡ φωνή ἐστιν ἀέρος κίνησις, καὶ ἡ θάττων ὀξυτέρα· ῥᾷον δὲ καὶ θᾶττον ὁ ὀλίγος τοῦ πολλοῦ κινεῖται ἀήρ. κινεῖται δὲ ἢ συγκρινόμενος — ἢ διακρινόμενος ὑπὸ θερμοῦ. ἐπεὶ δὲ ἡ μὲν εἰσπνοή ἐστι ψυχροῦ εἰσαγωγή, συγκρίνοιτ' ἂν ἐν αὐτῇ ὁ ἐν ἡμῖν ἀήρ. ἡ δὲ ἐκπνοὴ θερμοῦ κινήσαντος ἀέρα γίνοιτ' ἂν ἡ φωνή· ἐκπνέοντες γάρ, οὐκ εἰσπνέοντες φωνοῦμεν. ἐπεὶ δὲ τὰ νέα θερμότερά ἐστι τῶν πρεσβυτέρων καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς πόρους στενωτέρους ἔχει, ἐλάττω ἂν ἀέρα ἔχοι ἐν ἑαυτοῖς. ὄντος δὲ τοῦ τε κινουμένου ἐλάττονος καὶ τοῦ κινοῦντος θερμοῦ πλείονος ἐν αὐτοῖς, θᾶττον ἂν δι' ἄμφω ἡ κίνησις γένοιτο τοῦ ἀέρος· ἡ δὲ θάττων ὀξυφωνοτέρα ἂν εἴη διὰ τὰ προειρημένα. cf. 16. 34. 62.

15. *Διὰ τί οἱ κλαίοντες ὀξὺ φθέγγονται, οἱ δὲ γελῶντες βαρύ; — Ἢ ὅτι οἱ μὲν κλαίοντες συντείνοντες καὶ συνάγοντες τὸ στόμα φωνοῦσιν. τῇ δὲ δὴ συν-*

---

1 *σφοδροδάτης* X. 6 *δὲ* Bk, *δὴ* codd. 7 *ἡ ἐκπνοή*? *ἐν τῇ ἐκπνοῇ*? an quid excidit. 10 *ἑαυτοῖς*] *αὐτοῖς* X.

V 2. XIX 37. itaque dicitur *ἰσχύει τὸ βαρύ* XIX 7 init., 8. 11—13. 23. 53. Theophrastus apud Porphyrium in Ptol. 242. *βαρύτης ὑπεροχή* Ar. generatio V 7, 2). quae cum ita sint, solvit hoc problema ipse Ar., cum dicit gener. § 4: *τῶν κινούντων τὰ ἀσθενῆ, τὰ μὲν . . . ., τὰ δὲ δι' ἀσθένειαν ὀλίγον κινοῦντα ταχεῖαν (ποιεῖ τὴν κίνησιν)*. de exigui aeris celeritate v. prooemium p. 45. utuntur autem hac conclusione (*ὀλίγος ἀὴρ ταχὺ φέρεται, πολὺς δὲ βραδύτερον*) pr. 21ᵃ. 34. 40. 53. (4) *συγκρινόμενος* quid sibi velit, manifestum fit ex iis quae sequuntur („quamquam hauriendo spiritu cogitur aliquantum aeris, tamen respirando facile expellitur"). de aere compresso v. ad pr. 17. (8) *ἐκπνέοντες φωνοῦμεν* verum, sed aliud Ar. anima II 8, 12. — *θερμότερα* de calore firmitatis auctore v. ad 13. Pr. 15. *συντείνοντες* fiunt soni acuti intentis et chordis et hominum nervis. 50. 56. 14.

τονίᾳ κινεῖται ταχὺ ὁ ἐν αὐτοῖς ἀήρ, καὶ τῷ διὰ στενοῦ τοῦ στόματος φέρεσθαι θᾶττον φέρεται· δι' ἄμφω οὖν ὀξεῖα γίνεται ἡ φωνή. οἱ δὲ γελῶντες ἀνέντες τὸν τόνον γελῶσι καὶ κεχηνότες. ἐκπέμποντες οὖν διὰ τοῦτ' εὐρέως καὶ βραδέως τὸν ἀέρα εἰκότως βαρυφωνοῦσιν. cf. 13. 50.

16. *Διὰ τί οἱ ἄγονοι, οἷον παῖδες, γυναῖκες καὶ οἱ ἤδη γέροντες καὶ οἱ εὐνοῦχοι ὀξὺ φθέγγονται, οἱ δὲ ἄνδρες βαρύ; — Ἢ καθάπερ ἡ γραμμὴ καὶ τὰ ἄλλα λεπτὰ ἓν διάστημα ἔχει, τὰ δὲ παχέα πλείω, οὕτω καὶ ἡ λεπτὴ φωνὴ ἓν ἂν ἔχοι διάστημα. ῥᾷον δὲ καὶ ποιῆσαι καὶ κινῆσαί ἐστιν ἓν ἢ πλείω. ἐχόντων οὖν τῶν προειρημένων πνεῦμα ἀσθενές, κινεῖ αὐτῷ ἀέρα ὀλίγον. ἐλάχιστος δέ ἐστιν ὁ ἓν διάστημα ἔχων, ὃς ἔσται λεπτὸς διὰ τὰ προειρημένα. καὶ ἡ ἀπ' αὐτοῦ φωνὴ γινομένη τοιαύτη, ἡ δὲ λεπτὴ φωνὴ ὀξεῖά ἐστιν. οἱ μὲν οὖν ἄγονοι διὰ ταῦτα ὀξύφωνοί εἰσιν· οἱ δὲ ἄνδρες ἰσχύοντες τῷ πνεύματι πολὺν ἀέρα κινοῦσι, πολὺς δὲ ὢν βραδέως ἂν κινοῖτο καὶ βαρεῖαν φωνὴν*

1 *τῷ* Y, *τὸ* CX. 2 *σώματος* X. *φέρεται*] *φαίνεται* C. 5 *εὐρέος* CY. *βραδέος* C. 10 *οὕτω* Bk, *ὥστε* codd. 14 *ἐλάχιστον* XY.

(1) *διὰ τοῦ στενοῦ θᾶττον* et *κεχηνότος εὐρέως καὶ βραδέως·* melius hoc explicatur in pr. 19. cf. 34. (aliud docetur 18. 61.) hoc pr. mutilum putat Richter de Ar. probl. 16. Pr. 16. *διάστημα* directio, quam hodie dicimus dimensionem. cf. 20. solent hi scriptores res ita coniunctas cogitare (cf. 13. 21. 34. 40. 53):

homo fortis	homo infirmus
multum aeris	paulum aeris
motus lentus	motus citatus
sonus gravis	sonus acutus.

multum aeris movereturne lente, quaesivimus in prooemio p. 46, de argumentandi ratione huic contraria v. ad 14. de boum voce v. 24. de problematis origine v. Richter 26.

ποιεῖ. ἐποίει γὰρ ἥ τε λεπτὴ καὶ ἡ ταχεῖα κίνησις ὀξεῖαν φωνήν, ὧν οὐδέτερον ἐπὶ τοῦ ἀνδρὸς συμβαίνει γίνεσθαι. cf. 14. 34. 62.

17. *Διὰ τί αἱ φωναὶ βαρύτεραι ἡμῖν εἰσι τοῦ χειμῶνος; — Ἢ ὅτι παχύτερος ὁ ἀήρ ἐστι τότε, καὶ ὁ ἐν ἡμῖν καὶ ὁ ἐκτός. παχυτέρου δὲ ὄντος βραδυτέρα ἡ κίνησις γίνεται, ὥστε ἡ φωνὴ βαρυτέρα. ἔτι ὑπνωτικώτεροί ἐσμεν τοῦ χειμῶνος ἢ τοῦ θέρους καὶ καθεύδομεν πλείω χρόνον, ἐκ δὲ τῶν ὕπνων* βραδύτεροί *ἐσμεν. ἐν ᾧ οὖν πλείονα χρόνον καθεύδομεν ἢ ἐγρηγόραμεν (οὗτος δέ ἐστιν ὁ χειμών), ἐν τούτῳ ἂν εἴημεν βαρυφωνότεροι ἢ ἐν ᾧ τοὐναντίον. τοῦ γὰρ μεταξὺ τῆς ἐγέρσεως ὄντος ὀλίγου χρόνου ἡ ἐν τῷ ὕπνῳ ἕξις γενομένη διαμένει πρὸς τὴν καθύπνωσιν.* cf. 61.

18. *Διὰ τί ἐκ τῶν πότων καὶ τῶν ἐμέτων καὶ ἐν τοῖς ψύχεσι βαρύτερον φθέγγονται; — Ἢ διὰ τὴν ἔμφραξιν τοῦ φάρυγγος τὴν γινομένην ὑπὸ τοῦ φλέγ-*

---

6 *βραδυτέρα* Bk, *βαρυτέρα* codd. 9 *βραδύτ.* ego, *βαρύτ.* codd. 14 *γινομένη* Y. 18 *λάρυγγος* Par. 82.

Pr. 17. Aeris sonantis spissitate contineri sonorum gravitatem hic docetur ut pr. 32 (de audib. 804a9). mirum autem est, quod in 32 aer comprimi et spissus fieri dicitur calore, hic (et 61 = Par. 94) frigore. de frigore gravitatis auctore v. ad 13b. de hiemis vi contrarium dicitur pr. 56. Pr. 18. His habes similia in pr. 46 (ebriorum vox rumpitur = Par. 90), 12. 22 (sumpto cibo vox rumpitur), 11 (rauca fit vox obstructa arteria post vigilias). — de frigore v. ad 13b. 32. — tuborum angustiis sonos remitti, non intendi (cf. 61), his quoque diebus physici docent. nam longitudine undarum, non crassitudine vel latitudine efficitur sonorum gradus. rectius igitur hic de tubis angustis iudicatur quam pr. 15. 19. 34.

ματος. ἐπικατασπᾷ γὰρ ῥευμάτιον εἰς αὐτόν, καὶ τοῖς μὲν ὁ ἔμετος ἢ ὁ πότος, τοῖς δ' ἡ ὥρα καὶ τὸ συμπλήρωμα στενώτερον ποιεῖ τὸν φάρυγγα, ὥστε βραδυτέρα γίνεται ἡ φορὰ τοῦ πνεύματος· ἡ δὲ βραδεῖα φορὰ βαρεῖαν ποιεῖ τὴν φωνήν. cf. Par. 82 (Us. IV 83).

19. *Διὰ τί ἐγγύθεν μὲν ἡ βαρυτέρα μᾶλλον ἐξακούεται, πόῤῥωθεν δὲ ἧττον; — Ἢ διότι ἡ βαρυτέρα φωνὴ πλείω μὲν ἀέρα κινεῖ, οὐκ εἰς μῆκος δέ. πόῤῥωθεν μὲν οὖν ἧττον ἀκούομεν, διότι ἐπ' ἔλαττον κινεῖται, ἐγγύθεν δὲ μᾶλλον, διότι πλείων ἡμῖν ἀὴρ πρὸς τὸ αἰσθητήριον προσπίπτει. ἡ δὲ ὀξεῖα πόῤῥω ἀκούεται, ὅτι λεπτοτέρα ἐστί, τὸ δὲ λεπτὸν τὴν εἰς μῆκος αὔξησιν ἔχει. λέγοι δ' ἄν τις, ὅτι καὶ θάττων ἐστὶν ἡ ποιοῦσα αὐτὴν κίνησις. εἴη δ' ἂν τοῦτο, εἰ πυκνὸν μὲν, στενὸν δ' εἴη τὸ κινοῦν πνεῦμα τὸν ἀέρα. ὅ τε γὰρ ὀλίγος εὐκινητότερός ἐστιν ἀὴρ (κινεῖται γὰρ ὀλί-*

---

1 *εἰς αὐτὸν καὶ* om. Par. *καὶ* Bk, om. cod. 4 *γίνεται* om. sed *πν. ἐστιν* Par. *ἡ δὲ βρ. λίαν ἐστιν* (om. rel.) Us. 83. *ἡ δὲ βαρεῖα λίαν βραδεῖά ἐστιν* Par. 5 *φορὰ καὶ β.* XY. 6 *Διὰ τί ποτε ἐγγύθεν τῆς βαρυτέρας φωνῆς μᾶλλον ἐξακούομεν* Par. 83. 7 *διότι καὶ ἡ* Par. 8 *μὲν* om. id. *κινεῖ, ἐπ' ἔλαττον δὲ τοῦτο ποιεῖ* Par. 9 *κινεῖται*] *ἀφικνεῖται* id. 10 *πλείων τοῦ ἀέρος κίνησίς ἐστιν* id. ita finitur. 11 *πόρρωθεν* X. 13 *θάττων* Bk, *θᾶττον* codd.

Pr. 19. Hi Peripatetici existimant acutos sonos longius proferri et e maiore spatio audiri quam graves (pr. 20. 47. Par. 83) 91. hoc et Theophrastus citat in lib. II de musica (Schneider V 191 § 5 fin. = Porphyrius ad Ptol. harm. 242 inf.) *καὶ γάρ, ὥς φασι, καὶ ποῤῥωτέρω ἀκούεται ὁ ὀξύτερος φθόγγος τῷ ποῤῥωτέρω διὰ τὴν τῆς κινήσεως ὀξύτητα* (an *ὠκύτητα*?) *διικνεῖσθαι.* et paulo post ipse concedit: *τὸ γὰρ ὀξύτερον φύσει ὂν ἐκδηλότερον, οὐκ ἰσχυρότερον, ποῤῥωτέρω ἀντιληπτέον ἐστὶ τοῦ βαρυτέρου κτλ.* de acuminis gradu soni in longum spatium prolati v. 6 et 20. de tenuibus vel crassis chordis: de audib. $804^{a\,16}$.

γος ὑπὸ τοῦ στενοῦ), καὶ τὸ πυκνὸν πλείους πληγὰς ποιεῖ, αἳ τὸν ψόφον ποιοῦσιν. ἰδεῖν δ' ἔστι τοῦτο ἐπὶ τῶν ὀργάνων· αἱ γὰρ λεπτότεραι χορδαὶ ὀξύτεραί εἰσι τῶν ἄλλων τῶν αὐτῶν ὑπαρχόντων αὐταῖς. = Par. 83 (Us. 84) cf. XI 47.

20. Διὰ τί ἡ φωνὴ ὀξυτέρα φαίνεται τοῖς μακρότερον ἀφεστηκόσι, τοῦ ὀξέος ὄντος ἐν τῷ ταχέως φέρεσθαι, τὸ δὲ μακροτέρω φερόμενον βραδύτερον κινεῖται; — Ἢ ὅτι ἡ ὀξύτης τῆς φωνῆς οὐ μόνον ἐστὶν ἐν τῷ ταχέως κινεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ λεπτὸν τὸν ψόφον γίνεσθαι· τοῖς δὲ μακρότερον ἀφεστηκόσιν ἀεὶ λεπτοτέρα ἡ φωνὴ ἀφικνεῖται διὰ τὴν ὀλιγότητα τοῦ ἀέρος τοῦ κινουμένου. μαραίνεται γὰρ ἡ κίνησις, μαραινόμενος δὲ ὁ ἀριθμὸς μὲν εἰς τὸ ἓν τελευτᾷ, σῶμα δὲ εἰς διάστημα ἕν, ὅ ἐστιν ἐν σώματι λεπτότης· ὁμοίως δὲ καὶ ἐν φωνῇ. = Par. 92 (Us. 93) cf. XI 6.

21. Διὰ τί καὶ οἱ γεγυμνασμένοι καὶ οἱ ἀσθενεῖς ὀξὺ φθέγγονται; — Ἢ ὅτι οἱ μὲν ἀσθενεῖς ὀλίγον

---

6 μακροτέραν Bk (cf. lin. 8), μακρότερον C, Par. 92. μακροτέρω ἂν X, 8 μακροτέρω φερόμενον XBk, μακρότερον φερόμενον CY, μακρότερον Par. βραχύτερον XY. 9 ὅτι ἡ om. Par. et Useneri codd. 10 λεπτὸν τὸν ego, λεπτότατον CXY Bk. ἐλάττω τὸν Par. 11 μακρότερον C Par., μακροτέραν Y Bk, μακροτέρω X.

Pr. 20. Corpus ubi extenuatur, postremo in lineam comprimitur, cuius una est directio (διάστημα ἕν) cf. 16. hi autem Peripatetici non solum quaerunt, cur acuti soni in longius spatium proferantur (pr. 19. 47. Par. 91), sed etiam cur acutior fiat sonus in longinquum prolatus. haec quaestio haud scio an errore quodam orta sit (cum pro ἡ ὀξυτέρα φωνὴ φαίνεται aliquis legeret ἡ φωνὴ φαίνεται ὀξυτέρα); tamen hanc quoque summo studio illi tractant hic et in pr. 6. Pr. 21. De aperta hac sententiarum discrepantia v. ad 14, p. 64.

ἀέρα κινοῦσιν, ὁ δὲ ὀλίγος τοῦ πλείονος θᾶττον φέρεται. οἱ δὲ γεγυμνασμένοι ἰσχυρῶς κινοῦσι τὸν ἀέρα, ὁ δὲ ἰσχυρῶς κινούμενος ἀὴρ θᾶττον φέρεται. τὸ δὲ ταχὺ ἐν φορᾷ ἐν φωνῇ ὀξύ ἐστιν.

22. Διὰ τί τοῖς μετὰ τὰ σιτία κεκραγόσιν ἡ φωνὴ διαφθείρεται; καὶ πάντας ἂν ἴδοιμεν τοὺς φωνασκοῦντας οἷον ὑποκριτὰς καὶ χορευτὰς καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς τοιούτους ἕωθέν τε καὶ νήστεις ὄντας τὰς μελέτας ποιουμένους. — Ἡ τὸ διαφθείρεσθαι τὴν φωνὴν οὐθὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ τὸν τόπον διαφθείρεσθαι, καθ' ὃν τὸ πνεῦμα διεξέρχεται. διὸ καὶ οἱ βραγχιῶντες διαφθείρονται τὰς φωνάς, οὐ τῷ τὸ πνεῦμα γίνεσθαι χεῖρον ὃ ποιεῖ τὴν φωνήν, ἀλλὰ τῷ τετραχύνθαι τὴν ἀρτηρίαν. ὑπὸ δὲ τῆς θερμασίας τῆς σφοδρᾶς μάλιστα τραχύνεσθαι πέφυκεν ὁ τόπος οὗτος. διὸ καὶ οὔθ' οἱ πυρέττοντες οὔτε οἱ σφόδρα πεπυρεχότες εὐθὺς μετὰ τὴν ἄνεσιν τοῦ πυρετοῦ ᾄδειν δύνανται· τετράχυνται γὰρ ὁ φάρυγξ αὐτοῖς διὰ τὴν θερμασίαν. ἀπὸ δὲ τῶν σιτίων εἰκὸς εἶναι τὸ πνεῦμα καὶ πολὺ καὶ θερμόν. τὸ δὲ τοιοῦτον εὔλογόν ἐστι διεξιὸν ἕλκοῦν τε καὶ τραχύνειν τὴν ἀρτηρίαν· τούτου δὲ συμβαίνοντος εἰκότως ἡ φωνὴ διαφθείρεται.

23 = 51. (= Par. 93. = Us. 94.)

24. Διὰ τί τῶν μὲν ἄλλων ζῴων τὰ νέα καὶ νήπια ὀξύτερον φθέγγονται τῶν τελείων, οἱ δὲ μόσχοι βαρύ-

---

6 πάντας C, πάντες XY. φωνοῦντας C. 15 οὗτος ὁ. τ. inv. C. 16 οὔτε Bk, οὐδὲ codd.

Pr. 22. Vide alia huiusmodi 18 (Par. 82). calore contrahi dicitur humor, humore rumpi vox 12. de matutinis cantorum exercitationibus cf. 46. Pr. 24. Ar. historia an. V 14. generatio V 7, 6.

τερον τῶν τελείων βοῶν; — Ἢ ὅτι ἐν ἑκάστῳ γένει τὸ νήπιον ὅμοιόν ἐστι τῷ ἐν αὐτῷ θήλει· τῶν βοῶν δὲ αἱ θήλειαι βαρύτερον φθέγγονται τῶν ἀῤῥένων, οἱ δὲ μόσχοι ταύταις ὁμοιότεροί εἰσιν ἢ τοῖς ἄῤῥεσιν, τὰ δὲ ἄλλα τοὐναντίον.

27. *Διὰ τί ποτε τῶν παιδίων ἔνια, πρὶν ἥκειν τὴν ἡλικίαν ἐν ᾗ σαφηνίζειν ὥρα αὐτοῖς, φθεγξάμενα καὶ σαφῶς εἰπόντα πάλιν ὁμοίως διάγουσιν ...; .... πολλάκις δὲ καὶ μέλη καὶ ῥήματα ἐπέρχεται οὐκ ἐκ προαιρέσεως ἡμῖν· ἀλλ' ἐὰν τὸ πρῶτον προελόμενοι εἴπωμεν, ὕστερον ἄνευ προαιρέσεως λέγομεν ἢ ᾄδομεν ...*

31. *Διὰ τί ἡ φωνὴ τρέμει καὶ τῶν ἀγωνιώντων καὶ τῶν δεδιότων; — Ἢ ὅτι σείεται ἡ καρδία τοῦ θερμοῦ ἐξιόντος, ἀμφοτεράκις δὲ πάσχουσι τοῦτο· καὶ γὰρ τοῖς ἀγωνιῶσι συμβαίνει καὶ τοῖς φοβουμένοις. σειομένης δὲ οὐ γίνεται μία ἡ πληγή, ἀλλὰ πλείους, ὥσπερ ἡ τῶν παρανενευρισμένων χορδῶν.*

32. *Διὰ τί οἱ μὲν ἀγωνιῶντες βαρὺ φθέγγονται, οἱ δὲ φοβούμενοι ὀξύ; — Ἢ ὅτι τοῖς μὲν φοβουμένοις καταψύχεται ὁ τόπος ὁ περὶ τὴν καρδίαν κάτω ὁρμῶντος τοῦ θερμοῦ, ὥστε ὀλίγον ἀέρα κινοῦσιν· ἡ γὰρ*

---

11 *ᾄδομεν* Bk, *οἴδαμεν* codd.

Pr. 31. De voce tremula cf. 62. XXVII 1. 6. 7, de harum vocum acuminis gradu 32. 53. (17) *χορδαὶ παρανενευρισμέναι* quae in fila vel fibras dissolvuntur: hist. an. VII 1, 1. de audib. 804a38. de problematis fonte disputat Richter p. 26. Pr. 32. *ἀγωνιῶντες* „trepidantes" Gz. qui inopia aliqua premuntur (pr. 36), veluti pudore vexati (pr. 53), horum soni graves dicuntur. contra qui anguntur et qui certamen sustinent voce uti dicuntur acuta pr. 31 et 62. (20) *καταψύχεται·* de gelu et sonorum acumine v. ad 13.

ἰσχὺς ἐν τῷ θερμῷ. τοῖς δὲ ἄνω φέρεται τὸ θερμὸν ὥσπερ τοῖς αἰσχυνομένοις· δι' αἰσχύνην γὰρ καὶ ἀγωνιῶσιν. τοῖς δὲ αἰσχυνομένοις ἄνω φέρεται πρὸς τὸ πρόσωπον· σημεῖον δὲ, ὅτι ἐξέρυθροι γίνονται μᾶλλον. συντήκει οὖν καὶ παχὺν ποιεῖ τὸν ἀέρα ᾧ φθέγγονται· ὁ δὲ τοιοῦτος βραδέως ὠθεῖται· τὸ δὲ βραδὺ ἐν φωνῇ βαρύ ἐστιν. = Par. 88 (Us. 89) cf. XI 53.

34. *Διὰ τί οἱ ἄγονοι οἷον παῖδες καὶ γυναῖκες καὶ οἱ ἤδη γέροντες καὶ οἱ εὐνοῦχοι ὀξὺ φθέγγονται, οἱ δὲ ἄνδρες βαρύτερον; — Ἢ δι' ἀσθένειαν τοῦ κινοῦντος μορίου τὸν ἀέρα· ὀλίγον γὰρ τὸ ἀσθενὲς κινεῖ, ὁ δὲ ὀλίγος ταχὺ φέρεται, τὸ δὲ ταχὺ φερόμενον ὀξύ. ἢ διότι ὁ πόρος ὁ πρῶτος, δι' οὗ ἡ φωνὴ φέρεται, τοῖς μὲν ἀγόνοις μικρὸς ὥστε ὀλίγον ἐξ αὐτοῦ τὸ ὠθοῦν τὸν ἀέρα, ὀλίγος δὲ ὢν ταχὺ φέρεται δι' εὐρέος τοῦ ἄνω φάρυγγος. ἀκμάζουσι δὲ καὶ ἀνδρουμένοις διίσταται οὗτος, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοὺς ὄρχεις, ὥστε καὶ πλείων ἐστὶν ὁ ὠθούμενος. βραδύτερον οὖν διιὼν βαρὺς γίνεται.* cf. 14. 16. 24.

40. *Διά τί τὰ μὲν ἄλλα ὀξύτερον φθέγγεται σφοδρότερα ὄντα, ὁ δὲ ἄνθρωπος ἀσθενῶν; — Ἢ διότι*

---

2 *αἰσχύνης* Par. *καὶ* X, om. CY Par. 5 *φθέγγεται* Y, Par. 10 *ἢ* Bk, om. codd. 18 *βραδύτερον*] *βαρύτερον* X. 20 *φθέγγονται* C.

---

(1) *κάτω ὑποφεύγει τὸ θερμόν* partes animal. II 7 p. 653a 15. de aeris paucitate acuminis effectrice ad 14. de aere conspissato 17. 61. Pr. 34. vide ad 14. (10) *τὸ κινοῦν μόριον* Ar. generatio V 7, 6. 7. (15) *εὐρέος* cur puerorum arteria in superiore parte larga putetur, nescio. (17) *οὗτος* certe non ad hanc partem, sed ad *πόρος ὁ πρῶτος* referendum.

ἐλάττω κινεῖ ἀέρα, οὗτος δὲ ταχὺ διέρχεται, τὸ δὲ ταχὺ ὀξὺν ποιεῖ τὸν ψόφον.

42. Διὰ τί θᾶττον μὲν ψοφοῦσι καὶ πηδῶσιν οἱ μικροὶ ἅλες, μείζω δὲ ψοφοῦσι καὶ πηδῶσιν οἱ μεγάλοι; — Ἢ διότι οἱ μὲν ταχὺ σχίζονται (οὐ γὰρ πολὺ ὃ δεῖ διελθεῖν τῷ πυρί) διὰ τὴν μικρότητα, οἱ δὲ βραδέως· μεῖζον γὰρ ἔργον τὸ μεῖζον διασχίσαι ἢ τὸ μικρόν. ψοφεῖ δὲ ὁ μὲν μικρὸς μικρὸν, ἡ γὰρ πληγὴ μικρά, ὁ δὲ μείζων μεγάλα, μεγάλη γὰρ ἡ πληγή. ὁ δὲ ψόφος πληγή ἐστιν. καὶ πηδᾷ δὲ μᾶλλον τὸ ἰσχυρότερον, ἂν πληγῇ· ἧττον γὰρ ἐνδίδωσιν.

46. Διὰ τί μεθυόντων μᾶλλον ἀποῤῥήγνυται ἡ φωνὴ ἢ νηφόντων; — Ἢ διὰ τὸ πεπληρῶσθαι ταχέως ἀποῤῥηγνύασι τὴν φωνήν. σημεῖον δὲ τούτου· οὔτε γὰρ οἱ χοροὶ μελετῶσιν ἐξ ἀρίστου οὔτε οἱ ὑποκριταί, ἀλλὰ νήστεις ὄντες. ἐν δὲ τῇ μέθῃ πληρέστεροι ὄντες εὐλόγως μᾶλλον ἀποῤῥήγνυνται τὰς φωνάς. = Par. 90 (Us. 91).

47. Διὰ τί ποτε τῶν ὀξυτέρων φωνῶν ποῤῥώτερον ἀκούουσιν; — Ἢ διότι τὸ ὀξὺ ἐν φωνῇ ταχύ ἐστι, θᾶττον δὲ κινεῖται τὰ βίᾳ μᾶλλον φερόμενα, τὰ δὲ σφοδρότερον φερόμενα ἐπὶ πλέον φέρεται. cf. 19.

---

1 παχύ X. 3 ψοφῶσι XY. 13 διὰ τὸ] διότι τῷ Y. Par. 14 ἀποῤῥήγνυσι codd. (et Par. Us.) ἀπορρηγνῦσι Us.

Pr. 46. Potione sumpta vox in grave deprimitur pr. 36, rumpitur pr. 22 (cf. 12). quid sit ἀποῤῥήγνυσθαι τὴν φωνήν exponitur de audib. 804b 11—20. cf. XIX 3. de hora optima canendi et exercendi pr. 22.

50. *Διὰ τί ποτε οἱ μὲν γελῶντες βαρὺ φθέγγονται, οἱ δὲ κλαίοντες ὀξύ; — Ἢ διότι ἀπὸ τῶν συντόνων ὀξεῖα ἡ φωνή, τὸ δὲ ὀξύ ἐστιν ἀσθενές· ἄμφω δὲ ταῦτα μᾶλλον τοῖς κλαίουσιν ὑπάρχει· καὶ γὰρ συντέτανται μᾶλλον οἱ κλαίοντες καὶ ἀσθενέστεροί εἰσιν.* cf. 13. 15.

51. *Διὰ τί, εἴπερ ἡ φωνὴ ἀήρ τις ἐσχηματισμένος ἐστί, φερομένη διαλύεται πολλάκις τὸ σχῆμα, ἡ δὲ ἠχώ, ἣ γίνεται πληγέντος τοῦ τοιούτου πρός τι στερεόν, οὐ διαλύεται, ἀλλὰ σαφῶς ἀκούομεν; — Ἢ διότι ἀνάκλασίς ἐστιν, οὐ κατάκλασις· τοῦτο δὲ ὅλον ἀφ' ὅλου. εἶτα τὸ πάθος ἀφ' ὁμοίου· ἀπὸ γὰρ τοῦ ἀέρος ἀνακλᾶται ἐν τῷ κοίλῳ, οὐκ ἀπὸ τοῦ κοίλου.* = Par. 93 (Us. 94) cf. XI 23.

---

6 *φωνή ἐστιν ἀήρ* pr. 23. *τίς ἐστιν* Par. 93. 7 *καὶ φερ.* Par. *καὶ φερόμενος* pr. 23. *ἡ ἠχὼ γίν.* Par. et codd. 23. 9 *διαλ. αὕτη* pr. 23. *ὅτι* 23. 10 *ἐ. ἀλλ' οὐ* 23. *ἀ. οὐ κ. ἐστιν* Par. post *κατάκλασις* pergit 23: *οὕτω δὲ τό θ' ὅλον διαμένει, καὶ δύο μέρη ὁμοιοσχήμονα ἐξ αὐτοῦ γίνεται· πρὸς ὁμοίαν γὰρ γωνίαν ἐστὶν ἡ ἀνάκλασις· διὸ καὶ ὁμοία γίνεται ἡ τῆς ἠχοῦς φωνὴ τῇ ἐξ ἀρχῆς.* 11 *π. ἀφομοιοῦται* Par. *ανακλ. τοῦ ἐν* id.

Pr. 51. Vocem esse aerem conformatum, hoc quidam docuisse dicuntur ab auctore *περὶ ἀκουστῶν* init. hoc et Stratonem improbasse non minus quam illum auctorem accepimus ab Alexandro Aphrod. comment. in Arist. de sensu p. 117. nomina tamen illorum qui talia docebant ignoramus. Ar. quidem docuisse non videtur, cuius cum habeamus duas definitiones (de anima II 8 § 5 et 11, — tertia quaedam exstat in pr. XIX 35 fin.), nihil invenimus de aere conformato. Crebra sunt de repercussa vocis imagine problemata 7. 8. 9. 45 fin. (etiam 6 et fortasse XIX 11) et optime sonus reddi dicitur e corporibus cavis (ut e lyrae testudine) 8. 9. ipso tamen aere (ut hoc loco) sonus repelli dicitur ab Ar. anima II 8, 4 cf. Trendelenburg p. 312. lucem fractam et redditam comparat Peripateticus pr. 23. 45, ut ipse magister l. l.

53. *Διὰ τί ἀγωνιῶντες μὲν βαρύτερον φθέγγονται, φοβούμενοι δὲ ὀξύτερον; καίτοι καὶ ἡ αἰδὼς φόβος τίς ἐστιν.* — Ἢ διαφέρει πολὺ τὸ πάθος. οἱ μὲν γὰρ αἰδούμενοι ἐρυθριῶσιν (ἡ δὲ ἀγωνία αἰσχύνη τίς ἐστιν), οἱ δὲ φοβούμενοι ὠχριῶσιν. φανερὸν οὖν, ὅτι τοῖς μὲν φοβουμένοις ἐκλείπει ἄνωθεν τὸ θερμόν, ὥστε κινεῖ ἀσθενὲς ὂν ὀλίγον ἀέρα τὸ πνεῦμα, τὸ δὲ ὀλίγον ταχὺ φέρεται, τὸ δὲ ταχὺ ἐν φωνῇ τὸ ὀξύ. τοῖς δὲ αἰδουμένοις ἄνω ἔρχεται τὸ θερμὸν περὶ τὰ στήθη· σημεῖον δὲ, ὅτι γίνονται ἐξέρυθροι. πολὺν δὲ κινεῖ ἀέρα ἡ πολλὴ δύναμις, τὸ δὲ πολὺ βραδέως φέρεται, τὸ δὲ βραδὺ ἐν φωνῇ βαρύ. cf. 32.

56. *Διὰ τί τοῦ μὲν χειμῶνος ὀξύτερον φθέγγονται καὶ νήφοντες, θέρους δὲ καὶ μεθύοντες βαρύτερον;* — Ἢ ὅτι ὀξυτέρα μέν ἐστιν ἡ ταχυτέρα, ταχυτέρα δέ ἐστιν ἡ ἀπὸ συντεταμένου φωνή. τῶν δὲ νηφόντων καὶ ἐν τῷ χειμῶνι τὰ σώματα συνέστηκε μᾶλλον ἢ μεθυόντων καὶ ἐν τῷ θέρει· τὸ γὰρ θερμὸν καὶ αἱ ἀλέαι διαλύουσι τὰ σώματα. cf. Par. 84 (Us. 85).

59. *Διὰ τί γίνεται ἐλάττων μὲν ἡ φωνὴ ἐξαιρουμένων, ὁμοία δὲ τὸν χαρακτῆρα;* — Ἢ ὅτι ἐμέμικτο

---

2 καὶ om. C. 13 ἐν τῷ χειμῶνι Par. 84. 14 καὶ νήφοντες om. X Par. τοῦ δὲ θέρους X. 15/16 ἐστιν ἡ ταχ. ἢ ἀπὸ σ. Par. 17 μᾶλλον] μάλιστα Par.

Pr. 56. De frigoris et caloris effectu vide ad 13. Pr. 59. Cogitat sonum multis vocibus effectum. „Cur demptis vocibus nonnullis servat acuminis gradum?“ quod si multitudo aeris propulsi sonorum efficit gravitatem (pr. 21. 40. 53. annot. ad 14), minuto canentium numero sonus oportebat intendi. quam difficultatem solvere Peripatetici isti minime potuerunt. cf. ad V 2.

αὐτοῖς, τὸ δὲ μεμιγμένον οὐ τῇ μέν ἐστι, τῇ δὲ οὔ, ἀλλὰ πάντῃ. ὁμοίως οὖν πανταχόθεν ἐξαιρουμένων συνέχεται ὁμοίως, ὥστ' ἔλαττόν τε ἀνάγκη καὶ ὅμοιον εἶναι.

61. Διὰ τί τοῦ χειμῶνος αἱ φωναὶ βαρύτεραι; — Ἢ ὅτι παχύτερος ὁ ἀήρ, παχυτέρου δὲ ὄντος βραδυτέρα ἡ κίνησις, ὥσθ' ἡ φωνὴ βαρυτέρα. — ἢ διότι διὰ τῶν στενῶν βραδύτερον χωρεῖ ὁ ἀήρ, συμφράττεται δὲ τὸ περὶ τὸν φάρυγγα ὑπό τε τοῦ ψυχροῦ καὶ τοῦ ἐπιῤῥέοντος φλέγματος. = Par. 94 (Us. 95) cf. XI 17.

62[a]. Διὰ τί τὰ παιδία καὶ αἱ γυναῖκες καὶ οἱ εὐνοῦχοι καὶ οἱ γέροντες φθέγγονται ὀξύ; — Ἢ ὅτι θάττων κίνησίς ἐστιν ἡ ὀξυτέρα. ἔστι δὲ τὸ αὐτὸ * πλείονος δυσκινητότερον, ὥστε οἱ ἐν ἀκμῇ πλείω συνεπισπῶνται τὸν ἀέρα· οὗτος οὖν βραδύτερον ἰὼν βαρυτέραν παρασκευάζει τὴν φωνήν. ἐν δὲ τοῖς παιδίοις καὶ εὐνούχοις διὰ τὸ ἐλάττω ἔχειν ἐναντίως. cf. 14.

62[b]. Τρέμειν δὲ τοὺς πρεσβύτας οὐ δυναμένους κρατεῖν, ὥσπερ τοῖς ἀδυνάτοις καὶ παιδίοις, ὅταν μακρὸν ξύλον λάβωσιν ἀπ' ἄκρου, τὸ ἕτερον ἄκρον σείεται διὰ τὸ μὴ κρατεῖν. διὰ τοῦτο καὶ οἱ πρεσβῦται

---

5 τί χειμῶνος ὄντος Par. 94. 8 στενῶν Par. στέρνων hic codd. et Bk. cf. 18. 9 τὸ] τὰ Par. φάρ. τῇ ποιότητι τοῦ ψ. Par. 13 ἡ om. CY. 15 βραδύτερος CX. 16 βαρυτέραν Bk, βραδυτέραν codd.

Pr. 61. De tuborum angustorum sonis v. ad 18. de frigore ad 13. de spisso aere 17. 32. Pr. 62[a]. ἔστι δὲ τὸ αὐτὸ „idem difficilius novet maiorem copiam“ Bs. „et cum genus idem sit, motu facilius est quod minus quam quod plus est.“ Gz. cum de viris disputetur, haud scio an scribam τοῦ αὐτοῦ πλεῖον δυσκ.
Pr. 62[b]. de voce tremula cf. pr. 31. de anxiis pr. 32 (53). 36.

τρέμουσιν. τὸ αὐτὸ δὲ ὑποληπτέον καὶ ἐπὶ τῶν ἀγωνιώντων καὶ φοβουμένων καὶ ῥιγώντων αἴτιον τοῦ τρόμου τῆς φωνῆς. τοῦ γὰρ ἔχοντος τὴν φωνὴν τοιαύτην, τῶν τοιούτων παθῶν εἴσω περιεστηκότος τοῦ πλείστου, λοιπὸν ὀλίγον ὂν οὐ δύναται κρατεῖν τῆς φωνῆς, διὸ καὶ σείεται καὶ τρέμει. διὸ καὶ οἱ τεχνικοὶ τῶν συνειδότων ὅτι ἀγωνιῶσι μικρὸν διαλέγονται ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ἄχρι οὗ ἂν καταστῶσιν· μικρᾶς γὰρ οὔσης τῆς φωνῆς ῥᾷον κρατοῦσιν.

ΙΘ. Ὅσα περὶ ἁρμονίαν.

1. *Διὰ τί οἱ πονοῦντες καὶ οἱ ἀπολαύοντες αὐλοῦνται; — Ἦ ἵνα οἱ μὲν ἧττον λυπῶνται, οἱ δὲ μᾶλλον χαίρωσιν.*

2. *Διὰ τί πορρωτέρω ὁ αὐτὸς τῇ αὐτῇ φωνῇ γεγωνεῖ μετ' ἄλλων ᾄδων καὶ βοῶν ἢ μόνος; — Ἦ ὅτι τὸ ἀθρόως τι ποιεῖν ἢ θλίβειν ἢ ὠθεῖν οὐ τοσανταπλάσιόν ἐστιν ὅσος ὁ ἀριθμός· ἀλλ' ὥσπερ ἡ γραμμὴ ἡ δίπους οὐ διπλάσιον ἀλλὰ τετραπλάσιόν τι γράφει, οὕτω τὰ συντιθέμενα πλέον ἰσχύει κατὰ τὸν ἀριθμὸν ἢ ὅταν ᾖ διῃρημένα. ἀθρόων οὖν ὄντων μία γίνεται*

1 *τρέμουσιν διὰ τὸ μὴ κρατεῖν* Y. 16 *τοσανταπλάσιον* Bk, *τοσανταπλήσιον* codd.

(3) *τοῦ γὰρ ἔχοντος* „cum in huius modi affectibus intro compellitur maxima pars, qui reliquus est spiritus quippe exiguus voce superior evadere non potest". Bs. „pulsus ab affectibus illis intro se colligat maxima ex parte, reliquum, quod exiguum exstat, vocem continere non potest." Gz.

XIX 2. Non additionis modo ($3 + 3 = 6$) ait vocum ictus ictibus adnumerari, sed ut in numerorum ratione factor factorem multiplicet ($3 \cdot 3 = 9$), ita clamantium vocem augeri et multiplicari. res lepidius dicta quam verius. simile aliquid quaeritur, alia autem videtur auctoris sententia XI 52.

ἡ τῆς φωνῆς ἰσχὺς καὶ ἅμα ὠθεῖ τὸν ἀέρα ὥστε πολλαπλάσιον προϊέναι· καὶ γὰρ ἡ ἐκ πάντων φωνὴ μιᾶς ἑκάστης πολλαπλάσιος.

3. Διὰ τί τὴν παρυπάτην ᾄδοντες μάλιστα ἀποῤῥήγνυνται, οὐχ ἧττον ἢ τὴν νήτην καὶ τὰ ἄνω, μετὰ δὲ διαστάσεως πλείονος; — Ἢ ὅτι χαλεπώτατα ταύτην ᾄδουσι, καὶ αὕτη * ἀρχή. τὸ δὲ χαλεπὸν διὰ τὴν ἐπίτασιν καὶ πίεσιν τῆς φωνῆς· ἐν τούτοις δὲ πόνος· πονοῦντα δὲ μᾶλλον διαφθείρεται. cf. 4.

4. Διὰ τί δὲ ταύτην χαλεπῶς, τὴν δὲ ὑπάτην

---

5 μετὰ δὲ an potius μ. τε?

Pr. 3. Quaerit, cur saepe rumpatur vox eorum qui canant parypaten, sonum gravem, cum rumpi soleat vox in sonis acutissimis, qui ab hypata (sono quietis) multo magis distent. grave facilius cani dicitur pr. 37. (5) τὴν νήτην revoca ad ᾄδοντες. rumpitur autem vox, ὅταν μηκέτι δύνωνται τὸν ἀέρα μετὰ πληγῆς ἐκπέμπειν (de audibilibus p. 804b 11), cum quis aerem halitu aequabili pulsare non potest, ut nequeunt ebrii et cenati (XI 12. 46. cf. φθείρεσθαι XI 22). τὰ ἄνω sonos acutos dicit more non antiquo. ab initio enim graves sonos supra, acutos infra positos esse putabant, cf. ὑπάτη, ὑπερμέση, ὑπερυπάτη, et septem sphaerarum vetustam tabulam apud Nicomachum c. 3 et quae contuli in Philologum Götting. LII [1893] p. 17. hi Peripatetici (cf. 37) altero more praelato superiores dicunt sonos acutos, quod quando dici coeptum sit, nescimus; stellarum ordinem hac ratione primus spectasse videtur Archimedes vel Aratus (Philol. l. c. 25). 7 ante ἀρχή nonnulla excidisse puto, neque enim parypate dici vel cogitari potest melodiae principium. mese ab Aristotele metaph. IV 11 dicitur ordinis principium, eadem ab auctore pr. 44 nominatur tetrachordi initium, soni acuti appellantur in pr. 33 cantus initia; parypate in hoc numero referri minime potest.

Pr. 4. Huius problematis argumentum optime perspexit Helmholtz et exposuit *Lehre von den Tonempfindungen* III. Abt. 13. Abschn. S. 396. est enim ea parypate, quae postulet, ut descendat vox ad sonum graviorem. ut si nos coniunctum cum aliarum vocum sonis *G h d (Sol si re)* canimus sonum *f (fa)*,

ῥᾳδίως, καίτοι δίεσις ἑκατέρας; — Ἢ ὅτι μετ᾽ ἀνέσεως ἡ ὑπάτη, καὶ ἅμα μετὰ τὴν σύντασιν ἐλαφρὸν τὸ ἀναχαλᾶν; διὰ ταὐτὸ δὲ ἔοικε καὶ τὰ πρὸς μίαν λεγόμενα πρὸς ταύτην ἢ παρανήτην. δεῖ γὰρ μετὰ συννοίας καὶ καταστάσεως οἰκειοτάτης τῷ ἤθει πρὸς τὴν βούλησιν. [τοῦ δὲ δὴ μετὰ συμφωνίας τίς ἡ αἰτία;]*

5. *Διὰ τί ἥδιον ἀκούουσιν ᾀδόντων ὅσα ἂν προεπιστάμενοι τυγχάνωσι τῶν μελῶν, ἢ ὧν μὴ ἐπίστανται; — Πότερον ὅτι μᾶλλον δῆλος ὁ τυγχάνων ὥσπερ*

---

2 *σύντασιν* Ru (coll. XI 56), *σύστασιν* codd. 5 *οἰκειοτάτη* XY. 9 *ἢ ὧν μὴ*] *ἐὰν μὴ* et *ἐπιστῶνται* prop. Bj.

---

exspectat sensus sonum *e (mi)* tenditque vox ad eum, ac si diutius retinendus est acutior ille sonus, aegre voluntatis fortitudine canentes sustinent. fuit igitur parypate id, quod nos dicimus *abwärts führender Leiteton (note sensible descendante)*; tendebat canentium voluntas ad hypaten, et quo labore alias sonos canebant acutissimos, eo hunc sonum satis gravem sustinebant.

(1) *δίεσις ἑκατέρας* quamvis illorum intervallum sit parvum. (2) *μετὰ τὴν σύντασιν* postquam cum labore sustinuisti sonum illum difficilem, post intentionem vocis commodum est finem facere laboris et canere sonum facilem, *ἀνιέναι* vel *ἀναχαλᾶν, τὴν φωνήν* cf. de sensu 6. iam quae sequuntur, omni sensu carent. licet tamen suspicari dicere auctorem simile aliquid ac de sonis gravibus iam de tetrachordo superiore, fere hunc in modum: *ταὐτὸ ἔοικε λέγειν καὶ περὶ τοῦ ὀξυτέρου τετραχόρδου καὶ ἀναλάβοι τις ἂν τὰ πρόσθεν λεγόμενα βλέπων πρὸς τρίτην καὶ παραμέσην.* trite enim tendit ad paramesen ut parypate ad hypaten: de paranete autem nullo modo hic sermo est. (cf. in annot. ad pr. 7 lyrae harmoniam quartam.) *πρὸς βίαν λεγόμενα* prop. Bs. (4) *δεῖ γάρ·* desideratur verbum ut *ἐργάζεσθαι* vel *διαπονεῖν.* „rei conscientia atque constantia ad opus accomodata animum contendere oportet ad propositum."

Pr. 5. *Ὁ τυγχάνων ὡ. σκοποῦ·* (cf. *τυγχ. σκοποῦ* metaph. 1, 2 fin.) malo hoc referre ad poetam qui carmine aliquid efficiendum sibi proposuit (ut Ruelle *„l'intention du compositeur"*). quamquam in pr. 9 eadem verba referri videntur ad cantorem, qui sonorum intervalla recte metiatur et inveniat. vertendum

σκοποῦ, ὅταν γνωρίζωσι τὸ ᾀδόμενον· τοῦτο δὲ ἡδὺ θεωρεῖν. ἢ ὅτι ἥδιον τὸ θεωρεῖν καὶ ἀναγνωρίζειν τοῦ μανθάνειν; τούτου δὲ αἴτιον, ὅτι τὸ μὲν λαμβάνειν τὴν ἐπιστήμην, τὸ δὲ χρῆσθαι καὶ ἀναγνωρίζειν ἐστίν. ἔτι καὶ τὸ σύνηθες ἡδὺ μᾶλλον τοῦ ἀσυνήθους. cf. 40.

6. Διὰ τί ἡ παρακαταλογὴ ἐν ταῖς ᾠδαῖς τραγικόν; — Ἢ διὰ τὴν ἀνωμαλίαν· παθητικὸν γὰρ τὸ ἀνωμαλὲς καὶ ἐν μεγέθει τύχης ἢ λύπης. τὸ δὲ ὁμαλὲς ἔλαττον γοῶδες.

7. Διὰ τί οἱ ἀρχαῖοι ἑπταχόρδους ποιοῦντες ἁρμονίας τὴν ὑπάτην, ἀλλ' οὐ τὴν νήτην κατέλιπον; —

---

2 ἢ ὅτι ἡδὺ μᾶλλον τὸ θεωρεῖν ἢ τὸ μανθάνειν Bo. ἢ ὅτι ἡδὺ τὸ μανθάνειν codd. 3 τοῦτο CY. ὅτι om. CXY.

---

videtur: „utrum quia apertius homo musicus id quod quasi finem spectat adipiscitur, si audientes carmen noverunt; iuvat autem, si hoc eum adipisci videmus. an quia ⟨melodiam notam agnoscere et iterum considerare⟩ iucund⟨ius est quam ignotam⟩ discere?" nam ἡδὺ τὸ μανθάνειν, quod codicibus traditur, ferri non potest; non de discendo agitur, nec nova carmina iucundiora dicuntur, sed vetera laudantur eorumque repetitio commendatur. ad universum argumentum cf. praeter pr. 40 et διὰ τὸ ἔθος 38.

Pr. 6. (6) Καταλέγειν est recitare non canentem (καταλογή· ᾄσματα μὴ ὑπὸ μέλει λέγειν Hesy. παρακαταλογή est alius modus recitandi, qui animos magis commoveat (ἀνωμαλές, παθητικόν, τράγικον) et recitandi ad tibiam vel fides quasdam. τῶν ἰαμβείων τὸ τὰ μὲν λέγεσθαι παρὰ τὴν κροῦσιν, τὰ δ' ᾄδεσθαι Ἀρχίλοχόν φασι καταδεῖξαι Ps.-Plut. mus. 28, προσεξεῦρε . . . καὶ τὴν παρακαταλογὴν καὶ τὴν περὶ ταῦτα κροῦσιν. ib. cftr. Xenoph. conv. 6. Christ in actis acad. Bav. XIII 3, 161 ss. idem Metrik § 744. Pr. 7. ἁρμόνια derivatur de verbo ἁρμόζειν *stimmen*, *accorder*, estque ratio lyrae temperandae, unde harmoniae dicuntur septem illae species diapason, quae in lyra constituebantur (Cleon. c. 9). lyrae autem temperationes ab initio erant hae:

Πότερον τοῦτο ψεῦδος (ἀμφοτέρας γὰρ κατέλιπον, τὴν δὲ τρίτην ἐξῄρουν), ἢ οὔ; — Ἀλλ' ὅτι ἡ βαρυτέρα

---

1. antiquissima lyra septem nervorum habuit coniuncta (*συνημμένα*) tetrachorda:

	hypate	parypate	lichanos	mese	paramese vel trite	paranete	nete
(1.)	e	f	g	**a**	b	c′	d′
	mi_2	fa_2	sol_2	**la_2**	si^b_2	do_3	re_3.

hanc describit Nicomachus harm. c. 3.

2. cum vero Terpander lyrae dedisset neten acutiorem (e′ = mi_3), hae fuisse videntur chordae:

	hypate	parypate	lichanos	mese	paramese vel trite	paranete	nete
(2.)	e	f	g	**a**	c′	d′	e′
	mi_2	fa_2	sol_2	**la_2**	do_3	re_3	mi_3.

(haec quidem erat Terpandri lyra, si vera dicit Nicomachus 5: *Πυθαγόρας παρενέθηκεν ὄγδοόν τινα φθόγγον* (h) *μεταξὺ μέσης* (a) *καὶ παραμέσης* (c′) *ἐνάψας.* potuit quidem uti et forma tertia.)

3. Philolaus autem usus esse dicitur (a Nic. 9) hac lyrae harmonia:

	hypate	parypate	lichanos	mese	paramese vel trite	paranete	nete
(3.)	e	f	g	**a**	h	d′	e′
	mi_2	fa_2	sol_2	**la_2**	si_2	re_3	mi_3.

et profecto Pythagoreis omnibus opus erat sono *h* = si.

4. Secuta est lyra octachordos, qua hi Peripatetici utuntur:

	hypate	parypate	lichanos	mese	paramese	trite	paranete	nete
(4.)	e	f	g	**a**	h	c′	d′	e′
	mi_2	fa_2	sol_2	la_2	si_2	do_3	re_3	mi_3.

venia autem habenda Peripatetico qui ordine rerum inverso (neque enim ex octo nervis septem factae sunt) quaerit, cur vetusta lyra (1) nete (*mi* vel *e*) caruerit. qui vero respondet, is Terpandri lyram (2) recordatus improbat quaestionem, cum dicit neten *(mi)* retentam, triten veterem (si^b) eiectam fuisse.

(2) *ἀλλ' ὅτι·* alius deinde et prudentior homo accepta illa quaestione affert causam facti. — *ἡ βαρυτέρα ἰσχύει τὸν τῆς ὀξ. φθ.* namque *ἐν ἀντιφώνοις καὶ τὴν ἑτέραν ἐάν τις ᾄδῃ, τὸ αὐτὸ ποιεῖ* (pr. 18) et *ἀπὸ τῆς ὑπάτης* (si e lyra datur hypate) *τὴν νήτην τις δύναται ᾄδειν* (42 cf. 14). hypates igitur sonus fere idem valet atque netes; quid quod duae netae in hypata

ἰσχύει τὸν τῆς ὀξυτέρας φθόγγον, ὥστε μᾶλλον ἡ ὑπάτη ἀπεδίδου τὸ ἀντίφωνον ἢ ἡ νήτη, [ἐπεὶ τὸ ὀξὺ δυνάμεως μᾶλλον, τὸ δὲ βαρὺ ῥᾷον φθέγξασθαι]. cf. 47. 32.

8. Διὰ τί ἡ βαρεῖα τὸν τῆς ὀξείας ἰσχύει φθόγγον; — Ἢ ὅτι μεῖζον τὸ βαρύ· τῇ γὰρ ἀμβλείᾳ ἔοικε, τὸ δὲ τῇ ὀξείᾳ γωνίᾳ.

9. Διὰ τί ἥδιον τῆς μονῳδίας ἀκούομεν, ἐάν τις πρὸς αὐλὸν ἢ λύραν ᾄδῃ; καίτοι πρόσχορδα καὶ τὸ αὐτὸ μέλος ᾄδουσιν ἀμφοτέρω[ς]. *εἰ γὰρ ἔτερπε μᾶλλον τὸ αὐτὸ πλείονας ᾄδειν, ἔδει πρὸς πολλοὺς αὐλητὰς καὶ ἔτι ἥδιον εἶναι. — Ἢ ὅτι τυγχάνων δῆλος

2 ἐπεὶ] ἔτι καὶ prop. Bj. 8 πρόσχορδα Plato leg. VII 16. Plut. mus. 28. πρὸς χορδὰς codd. 9 μέλος] μέρος codd. ἀμφοτέρω ego. εἰ γὰρ ἔτι μᾶλλον τὸ αὐτὸ πλέον ἔδει codd.

insunt! (12 s. fin.) itaque citharoedi optione data mallentne in heptachordo hypaten retinere an neten, praetulerunt illam, quae et suum sonum et octavam (ἀντίφωνον) canentibus significaret. sed illud ἐπεὶ τὸ ὀξύ vereor ut fuerit ab initio scriptum; nam quod soni graves facile voce humana canuntur, quid hoc ad lyram? acutum quidem dicitur σφοδρότερον, βίᾳ μᾶλλον φερόμενον XI 47. 14, grave facile ad canendum XIX 3. 4.

Pr. 8. Revocanda quaestio videtur ad hypaten et neten, de quibus actum est in pr. 7. soni graviores maiorum sunt vel tibiarum vel chordarum, maior enim moles aeris movenda. cf. 7. 12. 37. XI 13. gener. an. V 7, 2. (5) τὸ βαρὺ τῶν συντόνων βέλτιον. ἀμβλείᾳ γωνίᾳ vide de anima II 8, 8 (loc. exc. 1). et Sext. Emp. 40, quem exscripsi p. 12. Pr. 9. „Cur magis gaudemus, si quis ad tibiam vel lyram canit (scil. quam si voce sola canit ? neque enim aliud est instrumenti carmen, sed idem canit uterque." (de πρόσχορδα v. ad 39ᵇ sub fin.) iam sequi debet: „nam hoc si nos iuvaret, quod plures idem canunt, multo etiam iucundius esset canere comitatum tibicinibus multis." cum vero in priore sententia deesset verbum, in altera πλέον ἔδει ferri minime posset, proposui ἔτερπε et πλέονας. (11) ἢ ὅτι τυγχ. quod in pr. 5 referendum erat ad poetam, hic malo referre ad eum qui canit; invenit enim facilius veros sonos ducente tibia vel lyra.

τοῦ σκοποῦ μᾶλλον, ὅταν πρὸς αὐλὸν ἢ λύραν· τὸ δὲ πρὸς πολλοὺς αὐλητὰς ἢ λύρας πολλὰς οὐχ ἥδιον, ὅτι ἀφανίζει τὴν ᾠδήν. alius est sensus pr. 43.

10. *Διὰ τί, εἰ ἥδιον ἡ ἀνθρώπου φωνή, ἡ ἄνευ λόγου ᾄδοντος οὐχ ἡδίων ἐστίν, οἷον τερετιζόντων, ἀλλ' αὐλὸς ἢ λύρα; ἢ οὐδ' ἐκεῖνο ἐὰν μιμῆται, ὁμοίως ἡδύ; — Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ ἔργον αὐτό. ἡ μὲν γὰρ φωνὴ ἡδίων ἡ τοῦ ἀνθρώπου, κρουστικὰ δὲ μᾶλλον τὰ ὄργανα τοῦ στόματος. διὸ ἥδιον κρούειν ἢ τερετίζειν.*

11. *Διὰ τί ἡ ἀπηχοῦσα ὀξυτέρα; — Ἢ ὅτι ἔλαττον, ἀσθενεστέρα γινομένη;* cf. XI 20.

---

6 *ἐκεῖνο* ego, *ἐκεῖ* codd., *ἐκείνη* prop. Bj. *ἐὰν μιμ.* C. *ἐὰν μὴ μιμ.* XY. 9 *κρούειν* Breuer (de Panath. thes. 4) et Egger. *ἀκούειν* codd. *ἀκούειν κρούειν* Ru.

Pr. 10. „Si hominum vox iucundior est quam lyrae vel tibiae, cur, cum quis instrumentorum strepitum ore imitatur, hoc non iucundius sonat quam ipsa instrumenta?“ *τερετίσματα* sunt teste Hesychio: *ᾠδαὶ ἀπατηλαί* (*ἢ ᾄσματα ἔκλυτα* add. Suid.), *τὰ τῆς κιθάρας κρούματα καὶ τὰ τῶν τεττίγων ᾄσματα* (*ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ τέττιγος ἢ τῆς χελιδόνος* Suid.). *τερετίζειν* igitur significat cantum cicadarum, deinde similem sonum qui oritur plectro in citharam adhibito (*Gezwitscher, Geklimper*). tertio autem loco considerandus mos ille, quo scholiastae Pindari Ol. 9 narrant, si nec citharoedus nec tibicen adesset, unum e sociis (*τὸν ἔξαρχον* dicit alter sch.) cecinisse *τήνελλα καλλίνικε*. qua de re et schol. Aristoph. aves 1764 *τὸ τήνελλα μίμησίς ἐστι φωνῆς κρούματος* [*αὐλοῦ*] *ποιᾶς ἀπὸ τοῦ ἐφυμνίου, οὗ εἶπεν Ἀρχίλοχος εἰς τὴν Ἡρακλέα* (Archil. fr. 119 Bgk.). inde *ᾠδαὶ ἀπατηλαί* sunt hae voces cantorum citharam imitantium. (6) *ἢ οὐδ' ἐκεῖνο·* an vox, ubi instrumenta imitatur, non pariter iucunda? (8) *ἡ μὲν γὰρ φωνή·* ipsa quidem vox hominum iucunda est, sed ad *κρούματα*, quae propria sunt instrumentorum, parum apta. *τοῦ στομ.* „quam os“. Pr. 11. *ἡ ἀπηχοῦσα* sc. *φωνή*. duobus probl. (XI 6 et 20) demonstratur vox, ubi in longinquum spatium lata sit, postremo acutior videri. ac „vox

12. *Διὰ τί τῶν χορδῶν ἡ βαρυτέρα ἀεὶ τὸ μέλος λαμβάνει; (ἂν γὰρ δέηται ᾆσαι τὴν παραμέσην σὺν ψιλῇ τῇ μέσῃ, γίνεται τὸ μέσον οὐθὲν ἧττον· ἐὰν δὲ τὴν μέσην δέον ἄμφω, [ψιλὰ] οὐ γίνεται.) — Ἢ ὅτι τὸ βαρὺ μέγα ἐστὶν, ὥστε κρατερόν. καὶ ἔνεστιν ἐν τῷ μεγάλῳ τὸ μικρόν. καὶ τῇ διαλήψει δύο νῆται ἐν τῇ ὑπάτῃ γίνονται.*

---

2 *δέηται* codd. *δέῃ τινά* prop. Bj. *παραμέσην*] *παρανήτην* Fétis. 3 *μέσον*] *μέλος* Vinc.

---

desinens" legitur hic in Gz. versione. contra in XI 6 *ἀπηχεῖν* (si vera est lectio) dicitur de repercussa vocis imagine, et *dans sa résonance* vertit R. etiam hoc *ἀπηχοῦσα*. — de sonando simpliciter positum videtur verbum ab Heraclide in loco Porph. Ptol. 214 (infra in prol. ad Eucl.). aliud statuitur de vocis exitu pr. 35[b].

Pr. 12. Idem dicit Plutarchus coniug. praec. 11 (p. 139c): *ὥσπερ, ἂν φθόγγοι δύο σύμφωνοι ληφθῶσι, τοῦ βαρυτέρου γίνεται τὸ μέλος, οὕτω πᾶσα πρᾶξις ἐν οἰκίᾳ .... ἐπιφαίνει τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἡγεμονίαν.* Plutarchus et de causa rei disputavit in convivarum probl. 9, 9 (p. 736c), quod periisse admodum dolemus. (3) *ψιλός* cum apud citharam significet usum fidium sine vocis cantu (*ψιλοὶ κιθαρισταί* Athen. XIV 42, *ψιλὴ κιθάρισίς τε καὶ αὔλησις* Plato leges 2, 11): hoc loco ferri non potest. parentheseos pars prior haud scio an dicere velit: si quis, ubi oportet canere paramesen, in lyra simul pulsat mesen, accidit ut voce quoque capiat mesen (*ἂν γὰρ δέον τινὶ ᾆ. τὴν π. συμψαύῃ τὴν μέσην, τῇ μέσῃ γίνεται τὸ μέλος οὐθὲν ἧττον?*). posterioris autem partis sensus debet esse fere hic: *ἐὰν δὲ τὴν μέσην δέον ἄμφω ψαύῃ, σφάλμα οὐ γίνεται.* i. e. si mesae loco hanc et paramesen pulsat, vox non fallitur; nam graviorem semper sonum haec sibi sumit. (5) *βαρὺ μέγα ὥστε κρατερόν* cf. 8. 7. (6) *ἐν τῇ διαλήψει.* cum digitum leniter apponis hypates puncto medio, ut vibrationum fiat terminus quidam vel nodus efficiaturque sonus qualem nunc dicunt *flageolet:* duos huiusmodi sonos potes elicere (et ex superiore et ex inferiore chordae parte) quorum uterque valet neten. cf. 23. Settala. Ru. ita Lasus sonorum rationes mensus esse dicitur apud Theonem mus. 12. p. 59, 22.

50. *Διὰ τί ἴσων πίθων καὶ ὁμοίων ἐὰν μὲν ὁ ἕτερος κενὸς ᾖ, ὁ δὲ ἕτερος εἰς τὸ ἥμισυ διάμεστος, διὰ πασῶν συμφωνεῖ ἡ ἠχώ;* — Ἢ ὅτι διπλασία γίνεται ἡ ἐκ τοῦ ἡμίσεος τῆς ἐκ τοῦ κενοῦ, τί γὰρ διαφέρει τοῦτο ἢ ἐπὶ τῶν συρίγγων; δοκεῖ γὰρ ἡ θάττων κίνησις ὀξυτέρα εἶναι, ἐν δὲ τοῖς μείζοσι βραδύτερον ὁ ἀὴρ ἀπαντᾷ, καὶ ἐν τοῖς διπλασίοις τοσούτῳ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἀνάλογον. συμφωνεῖ δὲ διὰ πασῶν καὶ ὁ διπλασίων ἀσκὸς πρὸς τὸν ἥμισυν.

Ined. Par. 91 = Usener 92.

Διὰ τί ἡ σῦριγξ καὶ ἡ ὀξεῖα φωνὴ ἁπλῶς ὥσπερ ἐρημίαν ποιεῖ φαίνεσθαι; — Ἢ ὅτι ἡ ὀξεῖα φωνὴ μακρὰν βαδίζει καὶ οὐκ ἐπὶ πολὺ διαχεῖται καθάπερ αἱ ἄλλαι φωναί.

---

5 αὐτό C, αὐτῷ XY. 8 γίνεται καὶ codd., em. Bj. 12 ἀπαντᾷ —? τοσούτῳ XY, τοῦτο C. 13 δὲ] δὴ Ru.

---

dum illud μαλακὸς καί. singulae autem propositiones verae sunt. mollem enim et tranquillam esse naturam cantus et melodiae, virilem autem et concitatum esse rhythmum Aristides quoque Quint. dicit I 19 p. 43. graves autem soni quietem habent, quia lentius vibrantur quam acuti.

Pr. 50. Sonorum quae essent rationes, Lasus et Hippasus vasorum spatiis vacuis emensi esse dicuntur. Theo mus. 12. (8) διπλασία sc. ἠχώ. hoc dici potuit, si qui scripsit stetit cum eo, qui solvit pr. 35[a] et 39[b]. quo enim brevior est chorda vel minor corporis sonantis copia et ambitus, eo celerius movetur maiorque est numerus vibrationum. de syringium mensura v. pr. 23.

Pr. Par. 91. v. ad XI 19.

III.

EUCLIDIS
SECTIO CANONIS.

Scriptam esse huius libelli partem maximam ab ipso mathematicorum principe manifesto apparet. neque enim mediocris ingenii est ingredi viam tam longam, qua undecim protasibus demonstratis perveniatur tandem ad id quod probandum auctor sibi proposuit, scilicet diapason consonantiam contineri ratione duplici ($^2/_1$) et esse compositam e duabus rationibus $^3/_2$ et $^4/_3$. idem profecto est genus cogitandi in hac canonis musici libello et in geometriae elementis. eadem prorsus est dictio et demonstratio, qua orsus ab *ἔστω* et *ὑποκείσθω* auctor procedit per *φημί δή*, per *ὁ α*, *ὁ β* (nempe *ἀριθμός*), ut perveniat ad *ἄρα* illud conclusionis et *ὅπερ ἔδει δεῖξαι*. hoc etiam simile duobus libris intercedit, quod pari modo protaseis quibus res ipsae ostenduntur miscentur postulationibus, ut hoc vel illud discipulus faciat; nam ut in primo geometriae theoremate discipulo imperatur, ut data aliqua linea designet triangulum aequorum laterum, ita hoc in libello iubemur lichanos aliosve sonos mobiles constituere e sonis consonantibus, vel ipsum canonem dividere (prot. 17 et 19). et si quis forte miretur, quod in hac demonstratione pro numerorum vel sonorum rationibus ponantur lineae et longitudines, is in universa arte Euclidis, in V praesertim et VII elementorum libro hoc videbit repetitum. ac si quid antea

se docuisse dicit huius sectionis auctor (ut in prot. 2), ostendere possumus, quo elementorum loco ille probaverit. certissimum autem veritatis testimonium titulo et auctori huius libelli commodat is qui Ptolemaei harmonica inde a capitulo 5 interpretanda suscepit. commentarii enim illius, quem Porphyri nomine inscripto edidit Wallis, maiorem partem composuisse videtur Pappus Alexandrinus vel alius homo mathematicae artis peritus[1], hic autem et p. 267 duas huius sectionis protaseis citat et inde a p. 272 maiorem partem transscribit Euclide bis nominato. quae cum ita sint, de Euclide huius libelli auctore nemo hodie solet dubitare.[2] differunt quidem nonnulla inter Porphyri nostrosque codices. VI enim protasis non bis ibi probatur, sed missa priore demonstratione alterum affertur argumentum. hoc cum ita legatur etiam apud Boetium, qui huius libelli partem nullo praemisso nomine usque ad IX protasin in librum IV institu-

---

1 Aliqui codices et ii optimi (ut Ven. VI 10) interpretationem quattuor capitum continent, reliqua omittunt. quintum autem caput et quae sequuntur Pappum Alexandrinum interpretatum esse L. Holstenius contendit qui in codice aliquo Vaticano hunc titulum inscriptum legit (Fabricius b. Gr.[2] IV, 2 p. 251). Hultsch in Pappi editione III p. XII a Pappo, qui alios multos libros Ptolemaei interpretatus sit, et hanc commentarii harmonices alteram partem scriptam existimat, et mathematicum fuisse auctorem quicunque leget sibi persuadebit. in Escurialensi quidem codice Ω IV 4 haec capita 5—15 libri I inscribuntur *Θέωνος Ἀλεξανδρέως ἁρμονικά* et incipiunt *χρή σε γινώσκειν ὦ Φίλων ἐμοί.* Ruelle, qui de hac re agit in *Archives de missions scientifiques* Ser. III, vol. II 512, Philonem Tyaneum dicit laudari et in Pappi synagoge math. IV prop. 30 (?).

2 Dubitabat olim Gregory, qui Euclidem edidit Oxon. 1703. sed cf. Heiberg *Litterargeschichtliche Studien über Euklid.* Lipsiae 1882. Susemihl *Geschichte der griech. Litteratur in der Alexandrinerzeit.* Lipsiae 1891. p. 717.

tionis musicae c. 1—2 ipse quoque recepit, si quis spuriam putat priorem huius sectionis demonstrationem, non habeo quod defendam. contrarie autem res se habet in alio scriptorum vel codicum discrimine. addit enim huic VI protasi Ptolemaei interpres p. 274 corollarium, quo id quod de duplici ratione vel intervallo dictum est (constare e maximis rationibus superparticularibus, $^2/_1 = {}^4/_3 \cdot {}^3/_2$) ab omni alio intervallo et ratione excludat. cum tamen thesin XII ita Euclides probet, ut ipsa protasis VI sufficiat (dicit enim *ἐδείξαμεν τὸ διπλάσιον διάστημα . . . συγκείμενον* non dicit *μόνον τὸ διπλάσιον*), supplementum illud ab ipso Euclide additum non videtur, atque ignorat Boetius. accedit quod Euclides de intervallo (*διαστήματι*) dicens neutro genere uti solet, illud vero corollarium qui composuit genus masculinum ponit (*οὐδεὶς πολλαπλάσιος*), quia *λόγον* intellegit et audit. qua re vides non Euclidem haec dicere, sed severum illum hominem qui Euclidis neglegentiorem locutionem reprehendat ib. 267, 31.

Ipsam igitur canonis sectionem, cuius XVI protaseis Ptolemaei ille interpres agnoscit, ab Euclide scriptam esse putabimus, sed alia vereor ne sit condicio prooemii. hoc agitur de sonis et de symphoniis. ac de sonis quidem quae dicuntur, perspicua sunt et bene exposita, ut suspicio non oriatur. sed addit Euclides sonorum (scil. binorum) numeros aut multiplici ratione teneri $\left(\frac{n}{1}\right)$ aut superparticulari $\left(\frac{n+1}{n}\right)$ aut superpartienti $\left(\frac{n+1+m}{n}\right)$. deinde multiplices rationes ait et superparticulares communi quodam

nomine comprehendi. hoc novum videtur et explanatione dignum, certe nomen illud duarum rationum commune scire cupimus. ille autem nulla re explicata transsilit ad consonos phthongos et dissonos. quarum natura bene exposita convenire affirmat, ut consonantiae sint rationum illarum quae uno nomine comprehendantur. hoc nomen cur non indicat? cur ne dicit quidem quae sit trium illarum rationum potestas et dignitas? Boetius quidem plus uno loco ordinem et dignitatem consonantiarum copiose exponit[1], Porphyri interpres p. 272 nomen illud commune affert, cum potiores (*κρείττους*) dicit has duas rationes: Euclides ea brevitate et dicendi inopia haec agit, ut excerpta potius dicas quam ipsa verba hominis sagacissimi. e Boetio autem, qui de mus. IV 1 hanc sectionem transscripsit, ne hunc quidem plura legisse apparet. licet itaque suspicari Euclidem, postquam alio in libro illa copiosius exposuerit, summam rerum huc transtulisse. et scripsit alterum ille de musica librum. Proclus enim in commentario ad Euclidis Elementa (p. 69 Friedl.) laudat *τὰς κατὰ μουσικὴν στοιχειώσεις*, et Marinus in commentariis ad Euclidis Data scriptis (p. 14 Hardy) ait *πάσης σχεδὸν μαθηματικῆς ἐπιστήμης στοιχεῖα καὶ οἷον εἰσαγωγὰς προέταξεν, ὡς γεωμετρίας … καὶ ἀστρονομίας … καὶ μουσικῆς δὲ καὶ ὀπτικῆς ὁμοίως στοιχεῖα παραδέδωκεν.* haec cum ita sint,

---

1 Boetius mus. I 5 explicat praecedere rationes multiplices, sequi superparticulares, claudere agmen superpartientes. tribus idem locis nobis refert (I 32. II 5. praecipue II 18) quem symphoniarum ordinem Nicomachus constituerit, et opponit alterum (meliorem) ordinem Eubulidis et Hippasi II 19.

Euclidem in stoicheiosi putabimus de sonis et consonantiis subtilius egisse, quam agat in hoc prooemio.

Melius quidem omnibus Euclides geometricam artem docuit, neque tamen singula praecepta ipse invenit, immo quidquid boni Eudoxus Theaetetes alii invenerant id ille collegit, bene disposuit, optime demonstravit.[1] ne in musica quidem arte suo ille ingenio res novas detexit, nam de sonorum et symphoniarum natura Pythagorei iam permulta noverant, et Boetius, qui Euclidem exscribendum ad librum IV reservabat, fere omnia quae hic docet ex antiquioribus fontibus petita iam in primis libris exponit. quid? quod huius sectionis sententiae fere omnes apparent in Boeti lib. II, ubi gravissimae tantum protasis de diapason intervalli ratione $^2/_1$ certa demonstratio desideratur.[2] huius autem libelli primae sententiae ab aliis scriptoribus vindicantur Pythagoreis. nam ut taceam de Boetio I 3 et II 20 fin.[3], Adrastus Peripateticus in Pythagoreorum praeceptis haec se invenise dicit. apud Theonem quidem

---

1 *Πολλὰ μὲν τῶν Εὐδόξου συντάξας πολλὰ δὲ τῶν Θεαιτήτου τελεωσάμενος, ἔτι δὲ τὰ μαλακώτερον δεικνύμενα τοῦς ἔμπροσθεν εἰς ἀνελέγκτους ἀποδείξεις συναγαγών.* Proclus ad elem. p. 68.

2 Veri quidem simile ostenditur II 18 primae consonantiae respondere primam inaequalitatis rationem (cf. Pythagoreos apud Ptol. I 5). et indirecto ut dicunt modo demonstratur II 22 diapason ratione superparticulari non contineri. certa autem mathematicorum via Euclides demum hoc probavisse videtur in sect. prot. 12.

3 Boetium, qui eadem saepius proferre non dubitat, in lib. V Ptolemaeum, in IV Euclidem excerpsisse vides. qui cum II 20 easdem sententias, quas Euclides sectioni praemittit, petat ex Nicomacho, in I 3 ex antiquiore fonte videtur sua haurire, et nonnullas huius capitis sententias sumpsit ab Heraclide Pontico, de quo v. infra.

Smyrnaeum in 6. de musica capite legis: *φησὶ δὲ (ὁ Ἄδραστος) καὶ τοὺς Πυθαγορικοὺς περὶ αὐτῶν οὕτω τεχνολογεῖν*, et Porphyrius in commentario ad Ptolemaeum p. 193 dicit: *ὁ γοῦν Περιπατητικὸς Ἄδραστος τὰ κατὰ τοὺς Πυθαγορικοὺς ἐκτιθέμενος γράφει*, tum uterque non verba, sed sententias primas huius sectionis affert[1], ut manifesto initium huius prooemii haustum sit e fontibus Pythagoreis. nam et de crebris et raris percussionibus quae Euclides habet ibi inveniuntur (v. infra). et de symphoniis haec omnia a Pythagoreis ita praecepta fuisse si quis nesciat, is adeat Ptolemaei harmonicorum I c. 5.

E Pythagoreis autem nonne iuvat quaerere quid quisque invenerit et docuerit? difficilis quidem videtur quaestio, quod pauci eorum scripta reliquerunt, nec omnia quae restant vera putantur et genuina. tamen res dignissima est quae investigetur, nec fructibus carebit.

De Pythagoreorum veterum doctrina.

Quantam facultatem et auctoritatem Pythagoras numeris vindicaverit, inter omnes constat. hanc autem tantam auctoritatem una certe in re eum oportuit ostendere, et qua in re, quo argumento tu eum putas

---

1 Adrastus apud Theonem de mus. 6 (p. 50): *ἐπεὶ ὁ ψόφος πλῆξις ἀέρος κεκωλυμένου θρύπτεσθαι, φανερὸν ὡς ἠρεμίας μὲν οὔσης περὶ τὸν ἀέρα οὐκ ἂν γένοιτο οὔτε ψόφος οὔτε φωνή, διὸ οὐδὲ φθόγγος· πλήξεως δὲ καὶ κινήσεως γενομένης περὶ τὸν ἀέρα, ταχείας μὲν ὀξὺς ἀποτελεῖται ὁ φθόγγος, βραδείας δὲ βαρύς, καὶ σφοδρᾶς μὲν μείζων ἦχος, ἠρέμου δὲ μικρός.* eadem leguntur apud Porphyrium p. 193. nam vocabula *καὶ* et *μὲν* omissa a Wallisio exstant in Ven. VI 10. pro *ἠρέμου* Porph. habet *ἠρεμαίας*.

ostendisse? an e stellarum cursibus demonstravit, quos ignoravit et investigavit? e musicis rebus apparet eum petivisse argumenta. vidit enim diapason compositum esse e diapente et diatessaron, et ubi primum metienda chordae longitudine sive alia via invenit rationem diapason esse $= {}^2/_1$ et componi e rationibus ${}^3/_2$ et ${}^4/_3$, quae aptae ad diapente et diatessaron additae inter se efficerent illam rationem intervalli diapason, scivit et discipulos docere potuit, quantopere ad haec efficienda pertinerent numeri. de malleis in fabri officina aes percutientibus quae a veteribus narrari solent, stulte conficta sunt[1]; sed una[2] vel duabus[3] chordis extensis, tibiarum etiam et syringium longitudine dimensa[4] facile rationes illas invenire potuit, nisi, quod equidem credere malo, ab Aegyptiis didicit. nec errant qui heptachordo lyrae chordam eum addidisse ferunt (modo ne citharoedorum vel aliorum usum eum mutasse dicant); eas enim sententias de sonorum natura professus est, quae sine neta diezeugmenon et sine para-

1 Neque enim a malleorum mensura sed ab aeris perculsi pondere pendet sonorum gravitas.

2 Nicomachi c. 6 (p. 13) et 10 in. Ptolemaei harm. I 8. II 12. Arist. Qu. III 2, p. 116. Theo mus. 13 et 16 p. 61 et 71. confer canonem sectum per Euclidem, Thrasyllum (Theo c. 35), et sectionem editam a G. Stamm in Schoell et Studemund anecdota p. 1. ipsi Pythagorei dicebantur *κανονικοί* testibus Cyrenaica et Dionysio apud Porphyrium in Ptol. 208. 219, cf. 267. idem testatur Dionysius (Ps.-Bacchius) § 29.

3 Binas aequales chordas extensas et pulsatas esse describit Adrastus apud Theonem 12, p. 59 Hill.

4 Nicom. 10. p. 19, 4 M. Theo p. 57. 60. 61. 66. tres modos metiendi describit Aelianus ap. Porph. 216, binis tibiis, syringibus, una tibia. cf. Problem. XIX 23. certe nullam aliam ob causam quam ut rationes nosceret, Philolaus arti tibinae operam dedit, nec Archytas. Athen. IV 84.

mesa demonstrari nullo modo possent. ad chordarum autem vel tuborum longitudines si harmoniae rationes Pythagoras rettulit, gravissimo cuique sono manifestum est eum adscripsisse numerum maximum[1], et notasse haec:

12	9	8	6
hypate	mese	paramese	nete
$e = \mathrm{mi}_2$	$a = \mathrm{la}_2$	$h = \mathrm{si}_2$	$e' = \mathrm{mi}_3$.

quae si posuit, ignorare non potuit tonum, qui intercederet inter mesen et paramesen, esse ἐπόγδοον $= \frac{9}{8}$. iam accepimus Philolaum exposita musica doctrina transiisse ad mundi constitutionem (Boeckh Phil. p. 90), et ut illa theoria niteretur numeris et paribus et imparibus, ita mundum universum dixisse constare ex infinitis (i. e. imparibus) et finientibus (paribus).[2] quid autem Pythagoram de mundo docuisse putabimus, qui non minus quam discipuli omnia ad vim numerorum revocaret? postquam Anaximander omnium rerum principium dixit esse τὸ ἄπειρον, num magnum erat moliri, si rerum principia ille statuit et infinita et finientia?

Sed antequam veniamus ad Philolaum, disputandum videtur de antiquis illis hominibus, quos Adrastus apud Theonem de musica 14 (p. 66) ait discorum et vasorum apparatu aliisque rebus usos ostendisse tonum contineri superoctava ratione ($^9/_8$), nec curasse semitonia vel diesin. ac vasa quidem (ἀγγεῖα) referenda

---

1 Hoc Zeller quoque statuit, Philosophie der Griechen I, 403[5] (372[4]). et Graf Theorie der Akustik im griech. Altertum (annal. gymn. Gumbinn. 1894) 7.

2 Stobaeus eclogae phys. I 454 H.

videntur ad Lasum Hermionensem, qui Suida teste primus de arte musica librum composuit. hunc puto Theo 12 (59) loco mutilo (ut certum sciri nequeat) dicit vasis tum vacuis tum liquore impletis varias sonorum rationes demonstrasse. potuit ille quidem, sed vereor ut hac via symphoniarum rationes aperte ostenderit. nam quod vasorum summus tantum margo movetur et vibratur ut resonet, in inferiorem partem multum infundere possumus sono vix mutato, in superiore parte parva aquae copia infusa sonum continuo deprimit. magis probaveris quae de Hippaso narrantur. dicit enim Didymus in scholiis Platonis (Phaed. p. 381 Bk.) *Ἵππασός τις κατεσκεύασε χαλκοῦς τέτταρας δίσκους οὕτως ὥστε τὰς μὲν διαμέτρους αὐτῶν ἴσας ὑπάρχειν, τὸ δὲ τοῦ πρώτου δίσκου πάχος ἐπίτριτον μὲν εἶναι τοῦ δευτέρου, ἡμιόλιον δὲ τοῦ τρίτου, διπλάσιον δὲ τοῦ τετάρτου, κρουομένους δὲ τούτους ἐπιτελεῖν συμφωνίαν τινά.*[1] ac dici his verbis Hippasum Metapontinum Pythagoreum testatur Theo loco modo laudato. talibus autem discis haud raro veteres utebantur, hoc et ex scriptorum locis et ex imaginibus elucet.[2] ac noti sunt *ὀξύβαφοι* (*δι' ὧν κρούοντάς τινας μελῳδεῖν* dicit Anonymus I Bellermanni § 18), notae *λεκίδες* (Nicom. 6) et acetabula. hi igitur viri docti id quod alii chordarum vel tuborum longitudine demonstrabant, aut copia infusae aquae aut discorum pondere osten-

---

1 Eadem leguntur apud Zenobium *Γλαύκου τέχνη*. cf. Müller fr. hist. II, Aristox. 77.

2 Suidas *Διοκλῆς*. Daremberg et Saglio, dictionnaire des antiquités. s. v. Echeion, fig. 2594. II p. 449. Crusius in Philologo LII 1893 p. 514.

debant, ut et auribus et oculis consonantiae sentirentur, hac re cum superioribus illis hominibus uniti, quod maiore materiae copia semper graviores sonos effectos signabant numeris maioribus.

Sed aliis de rebus quid Hippasus censuerit et docuerit, dubito sitne recte a viris doctis cognitum. sunt enim qui praefuisse eum dicant parti cuidam Pythagoreorum, qui cogitando et investigando operam non navarent, traderent tantummodo discipulis praecepta et symbola magistri (*ἀκούσματα*) emendarentque mores.[1] at si quaesiveris, quid de quaque re ille docuerit, longe aliter haec se habere invenies. numerum Hippasus dixit primum creationis elementum et criticum creatoris instrumentum praedicavit.[2] ignem idem cum Heraclito docuit esse principem mundi materiam, ignem certis finibus circumscriptum semperque commotum. hac enim materia tum conspissata tum extenuata certis quibusdam temporis intervallis mundum coortum esse.[3] num haec sunt praeceptoris non cogitantis, sed morum castigatoris? ad mathematicam autem artem transgressi videmus Hippaso satis magnum numerum tribui medietatum illarum vel analogiarum, quas enumerare veteribus placebat. constat enim inter homines doctos praeter geometricam et arithmeticam proportionem Pythagoreos statuisse harmonicam: 6 8 12, cuius mini-

1 Docet hoc Iamblichus in vita Pyth. 18, § 81. e recentioribus nomino Erw. Rohde in Museo Rhenano XXVI (1871) 560.

2 *Οἱ δὲ περὶ Ἵππασον ἀκουσματικοὶ ἀριθμὸν εἶπον παράδειγμα πρῶτον κοσμοποιίας.* Iambl. arithm. p. 11 Tenull. cf. Simplici phys. 453, 12. — *ὡς δὲ κριτικὸν κοσμουργοῦ θεοῦ ὄργανον Ἵππασος ὁ ἀκουσματικός* Stob. ecl. phys. I 862. haec omnia et apud Syrianum, schol. in Aristot. p. 902 et 912.

3 Locos enumerat Zeller griech. Philosoph. I 492[5] (437[4]).

mus terminus tanta sua parte ($^1/_3$, nam $^6/_3 = 2$ et $8 - 6 = 2$) inferior sit medio, quanta sua parte ($^1/_3$ numeri 12) maximus superet medium (Nic. harm. 8). Iamblichus autem in arte arithmetica p. 141 memoriae prodit tertiam analogiam olim subcontrariam (*ὑπεναντία*) appellatam Archytae et Hippasi discipulos nominasse harmonicam. idem Iamblichus p. 159 et 163 dicit quartam quintam sextam[1] analogias inventas esse ab Archyta et Hippaso, quem non dubitat p. 163 appellare mathematicum. qua in re si quid forte est ultra veritatem auctum, — ipse enim Archytas tres analogias esse docet apud Ps.-Porphyrium p. 276; — tamen apparet Hippasum fuisse virum doctissimum, nec moribus, sed litteris eum ac discipulos studuisse et numeris. accedit quod in mari periise narrabatur, quia quomodo e duodenis pentagonis[2] globus fieret, in publicum prodidisset. et de arte musica eum cogitasse, si non e discis illis et ex harmonica numerorum ratione, at inde elucet, quod Eubulidem[3] et Hippasum sollerti argumentatione symphoniarum novum ordinem constituisse Boetius nobis tradit, de mus. II 19. — iam qualem hunc hominem putabimus? acusmaticum dicemus, qui formulis Pythagorae praecipiendis mores civium emendaverit? an virum doctum, philosophia et litteris imbutum? philosophum eum fuisse et

1 Has analogias vides apud Nicomachum ar. II 28, apud Theonem mus. c. 58—66, apud Boetium ar. II 51.

2 Pentagonis, e quibus corpus fit icosaedrum, recte habet Iamblichus in vita Pyth. 18, § 88. contra in eius communi mathematica 25 (p. 216 Vill.) perverse legitur hexagonis.

3 De hoc Eubulide nihil accepimus, nisi quod in theologumenis ar. p. 40 Androcydes Eubulides Aristoxenus post ducenos denos senos annos dicunt homines reviviscere.

discipulis rationes sententiasque tradidisse manifestum est. mathematicum eum nominari (Iambl. ar. 167) iam vidimus; qui autem in acusmaticis eum referunt, hi errore decepti sunt. in libro quidem quem Iamblichus de communi mathematica scientia scripsit, c. 25 (apud Villoison anecd. II p. 216) haec scripta legimus: *δύο δ' ἐστὶ τῆς Ἰταλικῆς φιλοσοφίας εἴδη, καλουμένης δὲ Πυθαγορικῆς. δύο γὰρ ἦν γένη καὶ τῶν μεταχειριζομένων αὐτήν, οἱ μὲν ἀκουσματικοί, οἱ δὲ μαθηματικοί. τούτων δὲ οἱ μὲν ἀκουσματικοὶ ὡμολογοῦντο Πυθαγόρειοι εἶναι ὑπὸ τῶν ἑτέρων, τοὺς δὲ μαθηματικοὺς οὗτοι οὐχ ὡμολόγουν, οὔτε τὴν πραγματείαν αὐτῶν εἶναι Πυθαγόρου ἀλλὰ Ἱππάσου. τὸν δὲ Ἵππασον οἱ μὲν Κροτωνιάτην φασίν, οἱ δὲ Μεταποντῖνον.* et exponit Pythagoram, cum in Italiam venisset, seniores invenisse nec aptos qui mathemata discerent; hi si praecepta accepissent non reddita ratione, illum contentum fuisse; nam et aegros ratione non reddita accipere medicorum praecepta et sequi. iuvenes tamen Pythagoram omni doctrina imbuisse, qui etsi Pythagoreum nomen illis concederent, multo tamen digniores esse ipsos non ignorasse. — hoc igitur loco Iamblichus eum quem alio loco (in arte math. 163) mathematicum dixit, non fuisse acusmaticum disertis verbis testatur. hoc cum optime quadret ad res ab eo gestas, contrarium vero pugnet cum factis, hoc vere esse relatum putabimus, ut mathematicorum ille fuerit princeps, et errare dicemus Iamblichum, ubi alterum nuntiet, cumque eo errare qui repetat.[1] — de aetate Hippasi

---

1 Mecum stat Nauck in prolegg. ad vitam Pyth. p. LXVIII

parum constat. nam si verum est quinque eum consonantias statuisse, ut ad disdiapason protenderet sonorum systema, et si sex analogias accepit, recentioris eum fuisse aetatis putandum est. contra quod quattuor eius disci memorantur, non plures, quod una cum illius discipulis appellatur Lasus Hipparchi socius Pindarique magister, ad saeculum VI eum putaveris revocandum. et consideranti mihi, quam prope in mundi generatione cogitanda accedat ad Ionum philosophos, veri multo videtur similius antiqua eum fuisse aetate, ut Philolao antecederet. sex analogias vel medietates eum novisse nemo puto credet; etiam de quinque symphoniarum numero est quod dubites, quia ad disdiapason Graeci systema non ita antiquis temporibus extenderunt. exstat etiam locus quidam mutilus, quo summum meritum Hippaso vindicari videtur; quae cum hic exponere longum sit, remitto ad tempora Archytae.

Philolaus profecto novit harmonicam analogiam 6 8 12, quam demonstrasse dicitur adhibito cubo, cuius sex essent superficies, octo anguli, laterum lineae duodecim[1], et de numerorum auctoritate idem multa mira somniavit (Theolog. ar. p. 55 Ast. Boetius mus. III 5). sonorum rationibus reperiendis non solum operam dedit (v. supra p. 127 a. 4), sed invenit nova et gravia de minoribus musicae intervallis. diapason enim divisit in quinos tonos et bina limmata, quae appellabat dieses[2]

---

1 Nicomachi ar. II 26, 2. Boet. ar. II 49. Iamblichi ar. p. 168. Boeckh Philolaus p. 85 (§ 8) et 87 (§ 9).

2 Diesin Pythagoreorum esse semitonium ait Adrastus apud Theonem 12 p. 55. quod autem veterum alii dicant semitonium eodem vocabulo quo alii significent toni partem quartam, is non miratur, qui consideravit *δίεσιν* esse *transitum*

(Nic. 9). quod quomodo demonstraverit, videmus e Nicomachi excerptis 2 et Boetio de mus. III 5, ubi intervallorum divisio auctore Philolao ostenditur. adhibuit diatessaron his rationibus:

mese		lichanos		parypate		hypate
192		216		243		256
	24		27		13	

totum tonum in XXVII unitatibus locat (Boet. ib. sub fin.) quia $243 - 216 = 27$, *diesin in XIII unitatibus constare arbitratur eo quod haec inter 256 et 243 pervisa sit differentia* (paulo sup.). et quod 13 minus est quam $^{27}/_{2}$, satis ille demonstrasse sibi videtur limma (vel diesin) minus esse pleno semitonio. hic igitur, quod limma $^{256}/_{243}$ cum binis tonis coniunxit, illum sonorum ordinem invenit, quem diu Pythagorei retinuerunt. quod numerum 13 dicebat limmatis esse proprium, erravit ille quidem, sed gravius non commisit quam plurimi veterum et ii homines doctissimi. rationum enim et proportionum naturam non semper illi clare perspexerunt, non semper quid inde sequeretur plane senserunt, neque enim his rationibus a pueris imbuti erant. qui toni dimidium esse concedebant, qui tonos plus vel minus inter se distare dicebant ut Aristoxenus, hi sonorum spatium teneri fingebant una linea a gravi ad acutum protensa. contra qui a diapason ratione orsi omnia ad rationes $^{2}/_{1}$ $^{3}/_{2}$ $^{4}/_{3}$ referebant et limma $^{256}/_{243}$

---

quendam. nam qui carmen recitabat, postquam aliquanto vox descenderat, denique patiebatur eam redire ad sonum finalem. erat quasi διάλυσις (Ar. Qu. I 7, p. 14), cf. quae supra p. 15 ex Aristotele de diesi contulimus.

statuebant, hi nec semitonium, nec ullius rationis dimidium admittere, ne intervallum quidem vel *διάστημα* statuere debebant. nec tamen potuerunt ita omnia ad rationes et analogias reducere, sed in simpliciorem considerationem saepe recidebant. summus ille Euclides saepe intervallum ponit pro ratione[1], lineas describit pro rationibus. castigantur hanc ob causam a Ptolemaei interprete (Pappo) p. 267 med. canonicorum et Pythagoreorum plurimi. quid? Erastothenes qui confundere illa vetabat, non in peccato ipse[2] deprehenditur? nihil peius commisit Philolaus, cum 13, quod hunc interesse viderat inter 256 et 243, numerum limmatis dixit (Boet. III 5), quasi eadem illa ratio non multis aliis numeris exprimi posset neque alius semper discriminis numerus inveniretur. tantum illis valuerunt rationis minimi numeri (*πυθμήν*), ut his numeris proprie rationem designare sibi viderentur. Nicomachi quoque excerptor compluribus etiam saeculis post Philolaum simili modo limmatis sui numerum 39 cum tonorum numeris 64 72 81 comparat et Adrastus (Theo 14 p. 69) adeo non vituperat eum, qui hac ratione utitur, ut ad Platonis auctoritatem id revocet. Boetio autem si fides habetur, non limma solum Philolaus hoc modo constituit, sed a numero 27 (quem intercedere viderat inter 216 et 243) numero 13 detracto maius semito-

1 Euclides Sectio, prot. 1: *ἐὰν διάστημα πολλαπλάσιον* (!) *δὶς συντεθὲν ποιῇ τι διάστημα, καὶ αὐτὸ πολλαπλάσιον ἔσται.* at non intervalla sunt multiplicia, sed eorum rationes (*λόγοι*). cf. Ptolemaei harm. interpretem (Porph.) p. 267 de eius prot. 3 et 6.

2 Eratosthenes in eodem comm. p. 266 md. *ἕτερον εἶναι λέγει διάστημα λόγου*, sed v. 267 md. idem confundit. — de his veterum erroribus cf. etiam Graf, Theorie d. Akustik p. 11.

nium vel apotomen dicebat esse numeri 14. idem cum commatis (quod intererat inter minus et maius semitonium) et limmatis quaereret dimidia (Boet. III 8), de rationum illarum natura parum erat edoctus. quod quamquam ei non contigit, ut minimum quodque intervallum ad veros numeros et certas rationes redigeret, ordinem tamen simplicem sonorum in genere diatono ita primus constituit, ut illius scholae sectatores per omnia tempora retinuerunt.

Quos adhuc consideravimus Pythagoreos philosophos, horum nemo suspicatus esse videtur gravissimam illius scholae doctrinam, quo sonos consistere dicebant motu et celeritate. haec res mutatur, ubi transimus ad Archytam Tarentinum. iam non modo Adrastum dicentem videmus apud Theonem 13 p. 61: *οἱ δὲ περὶ Εὔδοξον καὶ Ἀρχύταν τὸν λόγον τῶν συμφωνιῶν ἐν ἀριθμοῖς ᾤοντο εἶναι, ὁμολογοῦντες καὶ αὐτοὶ ἐν κινήσεσιν εἶναι τοὺς λόγους καὶ τὴν μὲν ταχεῖαν κίνησιν ὀξεῖαν εἶναι ἅτε πλήττουσαν συνεχὲς καὶ ὠκύτερον κεντοῦσαν τὸν ἀέρα, τὴν δὲ βραδεῖαν βαρεῖαν ἅτε νωθεστέραν οὖσαν*, ipse quoque hoc profitetur apud Porphyrium (in Ptol.) 237. et quod Plato in Timaeo c. 29 dicit *ὅση δὲ (κίνησις) ταχεῖα, ὀξεῖαν (φωνὴν θῶμεν), ὅση δὲ βραδυτέρα, βαρυτέραν*, unde eum hoc accepisse dices, nisi ab Archyta? hunc igitur docuisse apparet sonum exsistere motus celeritate. tamen noli putare ab Archyta detectas esse undas illas aeris et vibrationes, quibus nos aures moveri scimus. hoc qui dicit, caveat ne fallatur duabus rebus. primum enim Archytas hoc non ipse invenisse sed a maioribus accepisse videtur, quippe qui dicat loco apud Porphy-

rium 236 servato[1]: *καλῶς μοι δοκοῦντι τὸ περὶ τὰ μαθήματα διαγνῶναι ... περί τε δὴ τᾶς τῶν ἄστρων ταχυτᾶτος ... καὶ περὶ γαμετρίας καὶ ἀριθμῶν, καὶ οὐχ ἥκιστα περὶ μουσικῆς ... πρᾶτον μὲν οὖν ἐσκέψαντο, ὅτι οὐ δυνατόν ἐστιν εἶμεν ψόφον μὴ γενηθείσας πληγᾶς τινων ποτ' ἄλληλα* et postea *τὰ μὲν οὖν ποτιπίπτοντα ποτὶ τὰν αἴσθησιν, ἃ μὲν ἀπὸ τᾶν πλαγᾶν ταχὺ παραγίγνεται καὶ ὀξέα φαίνεται, τὰ δὲ βραδέως καὶ ἀσθενῶς βαρέα*[2] *δοκοῦντι εἶμεν.* quadrivium igitur universum philosophi ante Archytam coluisse et sonos celeritate consistere iidem invenisse feruntur. iam cui hoc inventum deberi existimemus? an Hippaso vel Laso? de quibus apud Theonem de mus. 12 (p. 59) scriptum legimus: *Λᾶσος δὲ ὁ Ἑρμηνεύς, ὥς φασι, καὶ οἱ περὶ τὸν Μεταποντῖνον Ἵππασον Πυθαγορικὸν ἄνδρα συνέπεσθαι τῶν κινήσεων τὰ τάχη καὶ τὰς βραδυτῆτας, δι' ὧν αἱ συμφωνίαι ... ἐν ἀριθμοῖς ἡγούμενος λόγους τοιούτους ἐλάμβανεν ἐπ' ἀγγείων.* vehementer dolemus, quod hic potissimum, ubi de re sollertissime inventa nuntius olim exsistebat, nunc patet lacuna. quem enim illi *ἐλάμβανεν* subiectum fuisse putabimus? atque illi qui vasorum copia vel discorum pondere sonos metiebantur, gravium sonorum amplitudinem numerabant; contra qui ad celeritatem eos revocabat, ratione inversa, quo acutior erat sonus, eo maiorem dicebat. quae cum ita sint, haud probabile videtur horum alterutrum et antiquo more sonorum naturam spectasse et recentis doctrinae viam aperuisse. Eudoxus vero

1 Titulum libri citat Ps.-Porphyrius *ἐν τῷ περὶ μαθηματικῆς*, alii *περὶ μαθημάτων* scribunt, alii *ἁρμονικόν*. Zeller III 2[3], 104, ann. 6.

2 *βαρέα* Wallis, *βραδέα* libri.

Cnidius, quem una cum Archyta laudat Adrastus et qui Aegyptiorum scientia imbutus de planetarum viis prorsus nova docuit, hic puto etiam sonorum naturam nova ratione primus consideravit. altera autem causa, cur moneam, ne quis Archytam vibrationes detexisse temere dicat, est, quod motum ille quidem, ictus quosdam et percussiones noverat, nec tamen aerem vibrari et aeris undis prolatum sonum ad aures accidere statuebat. dicit enim (Porph. 237) *αἰ γάρ τις ῥάβδον λαβὼν κινοῖ νωθρῶς καὶ ἀσθενέως, τᾷ πλαγᾷ βαρὺν ποιήσει τὸν ψόφον, αἰ δὲ καταχύδην*[1] *καὶ ἰσχυρῶς, ὀξύν.* et de rhombis, quos in sacris faciendis percutiant, paulo post idem affirmat. ad corpora igitur unde oriatur sonus, ad chordarum vel discorum motum illi celeritatem referebant, ut Saturnum acute sonare posteri dicebant, quod celerrime circum terram volvatur; aerem vibrari, in aere undas cieri nesciverunt. nam etsi *ὑπακούεται ὁ ἀήρ* scribit Archytas l. l., non aliter dicit cedere aerem, quam cum fertur sagitta. motus chordarum, quos *κραδασμούς* dicit Nicomachus (4 p. 10 et 8 p. 18 M), veteres videbant et inde ab Archytae temporibus numerabant, quos Heraclides euntes et redeuntes describit (Porph. 237 p. med.). et qui crebriores (*πυκνοτέρους*) dicebant ictus[2], ut Euclides in sectionis prooemio, ii item cogitabant vibrantes chordas.

Magna autem prudentia Archytas concinnos sonos ab inconcinnis distinguit (*ἐμμελεῖς τῶν ἐκμελῶν*), cum utrumque genus dicit ad numeros quosdam moveri,

---

1 *καταχύτε* libri et Wallis. sed memento *χύδην*.

2 *Πυκνοτέρας τῆς φωνῆς γινομένης* ait ipse Archytas ap. Porph. 216 sup.

concinnos autem certa ratione contineri[1], inconcinnos nulla ratione (Porph. 215). et in definiendis diatoni generis sonis cum Philolaus rationem admisisset superpartientem $^{256}/_{243}$, ipse novas iniit rationes. et diatonum quidem genus numeris superparticularibus divisit $^{28}/_{27}$ $^{8}/_{7}$ $^{9}/_{8}$, item enarmonium $^{28}/_{27}$ $^{36}/_{35}$ $^{5}/_{4}$. chroma vero cum ei non contigisset ut superparticularibus rationibus divideret, acquievit in his numeris: $^{28}/_{27}$ $^{243}/_{224}$ $^{32}/_{27}$. quae cum invenisset, rationes conscripsit fere hoc modo:

	diatonum	chroma	harmonia
mese . . .	21	21	21
lichanus . .	$22^{3}/_{8}$	$24^{8}/_{9}$	$26^{1}/_{4}$
parypate . .	27	27	27
hypate . . .	28	28	28

hanc generum tabulam, quam describit Ptolemaeus harm. I 13, pauci puto artis doctores probaverunt Eratosthenes certe aliam rationum tabulam constituit (Ptol. II 14). magis Archytas cum scholae sociis consensit in doctrina symphoniarum. has enim cum Pythagoreorum alii dicerent acuti et gravis soni mixturam, alii sonorum lēvitatem[2], alii *συμπάθειαν*[3] (haec enim, enumerat Ps.-Porphyrius 270 med.), ille unitatem inter-

1 Cf. Adrastum apud Theonem 6 (p. 50).

2 *Ἅμα ἀμφοτέρων κρουσθέντων λεία καὶ προσηνὴς ἐκ τῆς κράσεως ἐξακούεται φωνή*, Adrastus apud Porph. 270. quae lectio facilius coniungitur cum iis quae praecedunt (*οἱ δὲ λειότητα*), quam lectio Theonis 6 (p. 51) *ἡδεῖα καὶ προσηνής*. — singulos sonos *ἐμμελεῖς* item esse *λείους* dicit Archytas ap. Porph. 215. — opponitur adiectivum *τραχύς* et verbum *τραχῦναι τὴν ἀκοήν*. Archytas l. l., de audibil. 803^{b}. Cleonides 4.

3 *Συμπάθειαν* sonorum puto eos praedicasse, qui altero sono pulsato alterum resonare audirent et ostenderent, ut Adrastus (Theo p. 51) auctores problematum XIX 21. 42, Dionysius (olim Bacchius). Bell. 21.

pretatus esse dicitur a Ptolemaei scholiasta 277 (ante med.): *ἔλεγον δὲ οἱ περὶ τὸν Ἀρχύταν ἑνὸς φθόγγου γίνεσθαι κατὰ τὰς συμφωνίας τὴν ἀντίληψιν τῇ ἀκοῇ.* quae sonorum unitas cum aliter ac miscendo[1] fieri non possit, idem Archytas commendare videtur, quod Aristoteles et omnes posteri acceperunt[2], ac vel Aristoxeni discipuli repetiverunt (Cleon. 4). sed ante Archytae aetatem haec definitio non videtur exstitisse.

Varias doctrinas quarto demum saeculo a. Ch., Archytae diebus Graecis notas fuisse videmus, etiam in analogiarum vel medietatum illarum cognitione philosophus Tarentinus plus quam semel nominatur[3], in rationibus dividundis hic iam intellexit superparticularibus medium terminum non intercedere[4], tamen quid ille *μάλιστα τῶν Πυθαγορείων ἐπιμεληθεὶς μουσικῆς* (Ptol. I 10. 13) primus cogitaverit et docuerit, parum novimus. de symphoniis quidem certum testimonium non obstat, quin misceri sonos hunc primum dixisse putemus; celeritatem sonorum auctorem primum se ostendisse ipse negat, si genuinum est fragmentum illud, quod nobis tradi ego non gaudeo.

Pythagoreorum studia qui considerat, is quaerere

---

1 Aelianus (Porph. 270) consonantiam dicit *δυοῖν φθόγγοιν κατὰ τὸ αὐτὸ πτῶσιν καὶ κρᾶσιν*, cf. quae idem exponit p. 217. et Sext. Emp. mus. 44.

2 Cf. Aristotelis locos supra p. 18. 20 collectos, probl. XIX 38. 43, Euclidem in introd. sectionis, etiam Platonem in legg. II 9, Adrasti Aelianique locos modo laudatos. Bacch. 10. Ar. Qu. I. p. 12. Gaud. 8. — de alia definitione vide proleg. ad Gaudentium.

3 Sex analogias novisse dicitur a Iamblicho in arithm. p. 159 et 163 Ten. in fragmento tamen apud Ps.-Porphyrium 267 ipse enumerat analogias tres.

4 Sententia ab Euclide demonstrata in protasi 3 iam nota erat Archytae. Boetius mus. III 11.

debet, noverintne illi aeris vibrationes.[1] harum autem naturam non Archytas novisse videtur, sed Platonis quidam discipulus, qui illa Pythogorica studia magna ingenii subtilitate persecutus absolvit. motu quidem oriri sonos Archytas vel eius maiores bene cognoverunt, nec tamen aerem, sed instrumentum ut chordas, tibiarum ligulas moveri putaverunt. quanti autem momenti sit aer, ut soni audiantur, id Aristoteles perspexit, qui (de anima II 8, 3 et 6) exponit sonum effici ictu, quem si sustineat aer nec scindatur, sonum ad aures pervenire. hoc cum Pythagoreorum epigoni sensissent, sonum definiebant *πλῆξιν ἀέρος κεκωλυμένου θρύπτεσθαι* (Adrastus apud Theonem 6) vel *πλῆξιν ἀέρος ἄθρυπτον μέχρι ἀκοῆς* (Nicom. 4). motus autem illius vel percussionum quae esset natura ac quomodo fieret ut chorda tacta vel disco pulsato nos auribus sonum audiremus, ne ipsi quidem dixerunt. hoc nemo exposuit ante Heraclidem, cuius quam subtile fuerit ingenium, etiam in problematum prolegomenis praedicamus. is enim, si verum est, quod de Porphyri loco supra p. 53 contendimus, postquam exposuit singulas percussiones (sonorum effectrices) esse brevissimas atque temporibus spatio carere, de sonitus natura dicit haec: *εἰ* ⟨*ἐὰν*⟩ *γάρ τις χορδὴν κατατείνας καὶ κρούσας ἐάσῃ αὐτὴν ἀπηχεῖν, συμβήσεταί τινων μὲν ἀκηκοέναι φθόγγων, τὴν δὲ ἔτι* (?) *κινεῖσθαι σειομένην*[2] *καὶ ἐπὶ*

1 Falso multi dicunt veteres ignorasse aeris illos ictus, recenti demum aetate a Galileo cognitos esse. Helmholtz Tonempfindungen. init. Zeller I $372^4 = 403^5$. veriora docet Graf Akustik. 6 ss.

2 Haec dubito sintne recte nobis tradita. malim *συμβήσεται ἑνὸς μὲν ἀκηκοέναι φθόγγου, τὴν δὲ ὁρᾶν πολλάκις κινεῖσθαι σειομένην.*

τὸν αὐτὸν τόπον ἀνακάμψεις ποιεῖσθαι. ὥστε τῇ μὲν ὄψει (sic Ven.) *τὴν κίνησιν τῆς χορδῆς φανερὰν μᾶλλον ἢ τῇ ἀκοῇ γίνεσθαι. καθ' ἑκάστην δὲ πρόσκρουσιν τοῦ ἀέρος τυπτομένου ὑπ' αὐτῆς ἀναγκαῖον ἔσται μᾶλλον ἀεὶ καὶ μᾶλλον τῇ ἀκοῇ προσπίπτειν τινὰ ἦχον. εἰ δὲ τοῦτό φησιν οὕτως ἔχει, φανερὸν ὅτι ἑκάστη τῶν χορδῶν πλείους προΐεται φθόγγους. εἰ οὖν ἕκαστος φθόγγος ἐν τῇ πληγῇ γίγνεται, πληγὴν δὲ εἶναι συμβέβηκεν οὐκ ἐν χρόνῳ ἀλλ' ἐν ὅρῳ χρόνου*[1], *δῆλον ὅτι ἀνὰ μέσον τῶν κατὰ φθόγγους πληγῶν σιωπαὶ ἂν εἴησαν ἐν χρόνῳ ὑπάρχουσαι. ἡ δὲ ἀκοὴ τῶν μὲν σιγῶν οὐ συναισθάνεται, διὰ τὸ μὴ εἶναι κινητικὰς τῆς ἀκοῆς, ἀλλὰ καὶ ἅμα τὰ διαστήματα μικρὰ ὄντα καὶ ἀκατάληπτα τυγχάνειν· συνεχεῖς δὲ ὄντες οἱ φθόγγοι ἑνὸς ἤχου ποιοῦνται φαντασίαν παρεκτεινομένου* (ita V) *ἐπὶ ποσόν τινα χρόνον.* (sequitur p. 215 quid Archytas de visûs inter sensus principatu dixerit, et quid Democritus de auditu, fabularum receptaculo iudicaverit. monemur fulgura prius nos videre quam tonitrua audiamus; laudantur Pythagorei, quod spreto auditu iudicium consonorum revocaverint ad mentem et rationem; denique repetitur plures sonitus pro singulis sonis accipi. fines loci excerpti fit p. 216, 15.)

Hic igitur Heraclides non solum sonitum unumquemque certo percussionum numero consistere accuratius dicit quam Archytas, etiam aures singulis percussionibus tundi intellexit (*καθ' ἑκάστην πρόσκρουσιν τῇ ἀκοῇ προσπίπτει ἦχος*) et ex illo percussionum

1 Exposuit enim in iis quae antecedunt fieri ictum nullo temporis spatio, sed puncti instar cadere inter tempus quod praecessit et quod sequetur.

numero componi singulos sonos. hoc cum cogitari non possit, nisi aer ictûs a chorda acceptos transferat ad aures: qui haec scripsit idem docet, atque ille de audibilibus auctor (ipse puto Heraclides) qui profitetur *ὁ ἀὴρ τὸν ἐχόμενον προωθεῖ* et *ἀεὶ ὁ ἕτερος ἀὴρ τὸν ἕτερον κινεῖ* (p. 800[a], 803[b]) et describit, qualia sint motus et ictuum initia, talia pervenire ad aures (803[b 26]). qua re detecta problematum auctores dicere potuerunt, *ἀὴρ ὠθεῖται ὑπ' ἀέρος* (XI 6). atque ex hac doctrina etiam illud natum esse puto, quod Boetius I 14 sicut undas et undarum globos ait sonos aerem permeare. ad hunc finem concessum erat veteribus ut progrederentur; quae restiterunt, ut noscerent undarum longitudines diversas explicarentque cur acuti soni una cum gravibus ad aures acciderent, — vel ut numerarent, quot percussiones essent mesae cuiusdam, haec invenire nemo tum potuit. hunc ad finem rem perduxit Heraclides ille, qui Platonis et Aristotelis disciplina imbutus Pythagoreorum antiquorum studia summa sagacitate renovavit.[1] dignissimus hic videtur, qui dicatur *ὁ φυσικός*[2]; sed pariter ei accidit atque Pythea Massiliensi, ut quae noverat et docebat, posteri spernerent et obliviscerentur.

Cum in isagoga, ex qua locum excerpsit Porphyrius,

---

1 De Aristotelis schola v. supra pag. 55, de Pythagoreorum disciplina: Diog. Laert. V 86 (scripsit etiam Her. de Pythagoreis: DL V 88), Krische, Forschungen über alte Philosophie 326. Zeller Phil. der Griechen II 1[4], 1035, 1.

2 *Φυσικός* appellatur in scholiis Vaticanis ad Eur. Alcestin 968 vol. IV p. 114 Dind., ubi de Orphei *ἐν σανίσιν ἀναγραφαῖς* disputasse narratur. cf. Heraclidem de anagraphis referentem apud Ps.-Plutarchum de mus. 3 et 8. Rohde de Pollucis fontibus p. 75.

Heraclides citet Xenocratem, socium aetate minorem[1], concludere possumus non adulescentem, sed corroborata aetate eum hanc scripsisse. idem si non de audibilibus librum scripsit, certe alios libros de musica composuit. Diogenes Laertius, qui V 87 duos libros *περὶ μουσικῆς* inscriptos laudat, emendandus videtur ex Athenaeo, qui X 82 et XIV 19 locos e tertio libro excerpsit. repudiatis enim Phrygum et Lydorum barbaris harmoniis et omissa mixolydia tres ille agnovit Graecorum harmonias: doriam, ioniam, aeoliam[2] (Ath. XIV 19. 21). ne systematum quidem transpositorum (*τόνων* vel *τρόπων*) tantum numerum ille admittere voluit, quantum Aristoxenus et posteri statuebant.[3] sed quod fortasse Thrasyllus[4], certe Ptolemaeus postea affirmavit, id ille primus docuit; quia enim septem sint formae diapason, septem sufficere aiunt tonos (Ath. XIV 20 fin.). idem memor veteris usus, quo *ὑπέρ* et *ὕπατος* referebantur ad sonos graves, reprehendit et castigat eos qui *ὑπό* ad grave, *ὑπέρ* ad acutum referentes hypodorio tono ut gravi hyperdorium tonum acutissimum opponant (ib. 19). quod sero ille vituperabat et frustra; nam mansit tonus hyperdorius, nec quisquam paulo post antiquum sensum illius praepositionis *ὑπό* in-

---

1 Quod Plato, cum ultimum in Siciliam abiret, Heraclidem, non Xenocratem scholae moderatorem praefecit (Suidas *Ἡρ.*), Heraclides aetate maior videtur fuisse. Zeller II 1, 989.

2 Harmoniarum VII formas habes in Cleonidis c. 9. locricam harmoniam a Simonidis et Pindari aequalibus paulisper adhibitam diu viguisse negat Heraclides. Ath. XIV 20 fin.

3 Hos tonos vide apud Cleonidem 12.

4 Citatur enim Thrasyllus *ἐν τῷ περὶ τῶν ἑπτὰ μόνον* (vel *ἑπτὰ τόνων*?) in comm. ad Ptol. harm. 266 p. md. cf. Westphal. griech. Harmonik 235[1], 76[2].

tellexit. hic autem tanquam solitarius in deserto propheta suos edocebat illud ὑπό non inferiorem locum significare, sed subdorium tonum vel semidorium (προσεμφερῆ δωρίῳ). virum vides qui alacri mente et certa ratione res iudicat et, sicubi multitudinem deprehendit errantem, obsistere et meliora proponere non veretur.

Cum autem nec Academicis nec Peripateticis totum se dedisset et Speusippo mortuo in patriam reversus propriam scholam aperuisset, multos Athenis habuit invidos et inimicos. nec defuerunt adversarii XIX p. Chr. saeculo. inter eos potissimum qui interpretabantur de musica illum dialogum, qui in codicibus antiquis nomine Plutarchi inscriptus ab iis qui hiatus venantur illi abiudicatur[1], novi Heraclidi exstiterunt inimici, e quibus unus, Ric. Volkmann Lobeckii verbis usus (in Aglaoph. p. 328) eum dicere animum inducit *hominem ut omnes sciunt et ad mentiendum paratissimum et in odorandis aliorum fraudibus hebetissimum, qui parvam, immo minimam fidem mereatur* (Plut. p. XI). quod enim e vetustissimis templorum inscriptionibus cum alia tum fabulas de Amphione Lino, Anthe Piero narratas repetivit, iras istas contraxit. sed plane mutatum est hominum doctorum iudicium, postquam Rud. Westphal Plutarchi dialogum edidit (Bresl. 1865). hic enim Heraclidi et συναγωγῇ τῶν ἐν μουσικῇ (Plut. 3) fidem habet maximam — et quid pluris posteri existimemus quam

1 Benseler de hiatu in scriptoribus Graecis (Frib. 1841) I 314 ss. Sintenis de hiatu in Plutarchi vitis (Servestae 1845). sin vero quis adulescentuli Plutarchi hunc libellum existimet, non est veri simile adulescentem edidisse primum doctrinae specimen librum tanta neglegentia consutum.

vetusta illa monumenta in lapidibus inscripta? — idemque magnam dialogi partem, totam fere Lysiae orationem c. 3—10, ei refert acceptam. nec defuerunt qui plane Westphalo assentirentur.[1] quod cum Hiller ei obversatus paululum Heraclidis in ea parte auctoritatem restrinxit[2], inter omnes tamen constat testem hunc fidelem induci in Plutarchi c. 3, et anagraphas illas vetustissimas quibus nisus sit identidem citari c. 3. 5. 8. quid? Athenarum inscriptiones c. 8 alium excussisse putabimus atque eum qui Sicyonis titulos in synagogen suam adhibuerit? — itaque si non solus testis Heraclides est Plutarchi personati in illis capitibus, certe testis est locuples et non spernendus.

Regem Iubam scripsisse scimus theatralem historiam, ex qua plurima in suum usum adhibuerint Athenaeus et Pollux. iam cum Pollux variis in rebus, praesertim quae de nomo citharoedorum et auletarum tradit IV § 65. 79 consentire videatur cum Plutarcho c. 4. 5, et in iis quae de harmoniis antiquissimis § 65 exhibet manifeste faciat cum Heraclide (apud Athenaeum XIV 19): facile tibi persuaseris Pollucem quoque multa Pontico philosopho debere, id quod Rohde de Pollucis fontibus summa cura et diligentia demonstravit p. 70—74. quae quicunque legit, tantum abest ut cum Lobeckio et Volkmanno Heraclidis synagogen vituperet, ut scrip-

---

1 Westphal p. 13. 67—73. Rose, Aristoteles pseudepigraphus p. 545. Rohde de Pollucis fontibus p. 69.

2 In Museo Rhenano 41 (1886) Hiller de Glauci Rhegini fragmentis p. 398 demonstrat in Plut. cap. 4. 5 desiderari eum quem Westphal invenerit ordinem et pugnare inter se ostendit Plut. 4 init. *πρότερον πολλῷ χρόνῳ* et 5 med. *ὀλίγῳ ὕστερον*. (p. 424.)

tori qui de nomis veterum partibusque eorum res nobis communicet pretiosissimas (Poll. 66. 84), piam habeat gratiam. Heraclidem scripsisse de mundo et stellis supra p. 54 vidimus; eundem scripsisse de Archilocho et Homero libros II, *περὶ τῶν παρ' Εὐριπίδῃ καὶ Σοφοκλεῖ* ll. III, alios libros laudatos a Diogene V 87. 88 nolo praeterire silentio.

Hic consistamus; nam qui post Heraclidem his rebus studuit, Eratosthenem dico, non maior, sed minor fuit Euclide. quoniam tamen eorum qui numeros et rationes sonorum scribunt contrario modo graves sonos alii magnis, alii parvis numeris notant, etiam quaerendum est, quando mos ille mutatus sit; accedunt aliae res in quibus pariter ratio videndi et dicendi commutata videatur. — ac canone qui utebantur, tibiis vel acetabulis qui rationes experiebantur, facere nunquam potuerunt quin gravissimo cuique sono ascriberent numerum maiorem; itaque necesse fuit Timaeo Euclidi, Thrasyllo Ptolemaeo tribuere proslambanomeno numerum maximum. tensiones chordarum si quis emensus esset, is certe gravissimum sonum notasset minimo numero; at quoties collopem vel verticillum circumigeret, quis numeravit? et de ponderibus appensis qui narrant, ii neminem id expertum esse ipsi demonstrant; cum enim ignorent tensiones chordarum respondere ponderum numeris quadratis, de hac metiendi ratione pessime edocti sunt. potuit vetus mos numerandi mutari, ex quo acumen sonorum effici percussionum spissitate philosophi cognoverant. et ante Archytam si quis, si forte Eudoxus hoc intellexerat, nego eum statim numerandi morem invertisse. etiam

Archytae genera et divisiones antiquo more numeratas legimus; hac tamen re nihil de nostra quaestione demonstratur, quod Ptolemaeus, qui semper antiquum morem sequitur, hoc suo more scribere potuit. etiam Plato veterem morem retinuisse videtur. res mutari coepta erat, cum is scriberet, cuius verba servavit Theo de musica 13 c. 65: *φησὶ δ' ὅτι καὶ τοὺς μείζονας ἀριθμοὺς τοῖς βαρυτέροις φθόγγοις οἰκεῖον ἀποδιδόναι*; addit enim *κἂν ἐπ' ἐνίων δόξῃ τάσεων διαφωνεῖν*. hoc igitur tempore nonnulli non materiae copia, sed tensionis vi sonos aestimaverunt. cum tamen veri sit simillimum illo *φησί* significari Adrastum qui fuit altero saeculo p. Chr., non multum hoc testimonio proficimus. neve opinatus sis exstare posterioris moris tabulas apud ullum scriptorem antiquae aetatis; non inveniuntur ante tempora Plutarchi et Nicomachi.[1] quamquam multo ante hoc tempus novum morem incohatum esse ego mihi persuasi. nam is qui problema illud XIX 39[b] composuit et scripsit *ἡ δευτέρα τῆς νεάτης πληγὴ τοῦ ἀέρος ὑπάτη ἐστίν*, is profecto vibrationum numerum iniit, nec puto antiquo more sonorum rationes notavit. quod non multo post Theophrasti aetate factum existimandum est. postea autem si artis doctores exstiterunt, qui utrumque numerandi morem coniungerent, hi vibrationum numeros inversos esse et contrarios chordae longitudini satis bene intellexerunt. hoc penitus perspexit Thrasyllus aut qui scripsit et explanavit illud *ἀντιπεπονθότως* apud Theonem 35 (p. 87), perspexisse

---

1 Plut. de animi procreatione 13. 15. 18. Ps. Pl. de mus. 22. Nicom. 6, excp. 3[b]. Anon. Bell. III 77. 79. 96.

videtur etiam Gaudentius qui c. 15 duas numerandi rationes coniungit.

Hac ab re non aliena videtur alia videndi et dicendi mutatio quam modo memoravimus. contendo enim ego a Graecis antiquis eos sonos, quos nunc dicimus *hoch, hauts, alti, κάτω* iacere dictos esse et significatos praepositione *ὑπό.* hoc cum adhuc sint qui negent, afferri oportet veritatis argumenta. quae sunt tria. Nicomachus 3 enim dicit *ἀλλ' ἀπὸ μὲν τοῦ κρονικοῦ κινήματος ἀνωτάτω ὄντος ἀφ' ἡμῶν ὁ βαρύτατος ἐν τῇ διαπασῶν φθόγγος ὑπάτη ἐκλήθη. ὕπατον γὰρ τὸ ἀνώτατον.* et in iis quae sequuntur addit *νέατον τὸ κατώτατον.* atque *ὕπατον* quod derivatur ab *ὑπέρ* significare *summum* dicit rectissime. diverso etiam more usurpari praepositionem *ὑπέρ* vides in Pselli diagrammate apud Vincent notices XVI 2, 337. ibi enim *ὑπερπαρυπάτη* nominatur chorda quae superat acumine parypaten,[1] *ὑπερπαρανήτη* vero ea quae a paranete superatur. harum autem dicendi rationum utra fuerit prior, facile perspicitur. Nicomachus enim in tertio illo capite, quo ex antiquissimis fontibus sua haurit, quo stellarum ordinem exponit postea oblitteratum, pro lichano dicit *ὑπερμέσην* refertque *ὑπέρ* ad sonum mesa graviorem. et Thrasyllus atque Aristides dicunt *ὑπερυπάτην* chordam hypata (meson) graviorem.[2] quae cum ita sint, quis affirmare potest Graecos superiora semper eodem loco vidisse? tertio loco affero verba Heraclidis huius physici ex Ponto, qui contra

1 Eodem sensu *ὑπερπαρυπάτη* scripta est in diagrammate apud Bryennium I 1 (364).

2 Theo 35 (p. 88). Ar. Qu. I 6 (p. 10).

suae aetatis usum praepositionem *ὑπό* ad graviora referri vetat et *ὑποδώριον* subdorium vel semidorium significare contendit. cf. supra p. 139. aeoliam harmoniam hic ait hypodoriam esse nominatam[1], et fuisse qui hoc ideo factum opinarentur, quod in tibiis infra doriam harmoniam versaretur. ac re vera fieri potuit, ut quod in tibiis graves sonos infra positos vidissent, ad hanc dicendi rationem transirent. potuerunt etiam mutare rationem, quod senserant, ubi canentes ad acutos sonos escenderent, longius eos protendere colla, ubi descenderent ad graves, comprimere et altitudinem corporis minuere. et graves sonos ex ilibus, acutos e capite peti dicit Ptolemaeus III 10. valuisse autem recentiorem dicendi modum per tibicines concluseris forsitan etiam ex Aristoxeno. hic enim in septem partium dispositione (elem. I p. 37) antiquitus fuisse ait hypodorium aliquem tonum paulo graviorem quam dorium, postea nonnullos hypophrygiam tibiam apposuisse gravitatem versus. ac graves sonos prius usurpatos esse tibiis quam fidibus consentaneum est. sed utut res se habet, quacunque causa commoti Graecorum aliqui *ὑπό* adhibuerunt ad sonos graves additos: id constat, iam Aristoxeni et Heraclidis aetate graviores tres tonos praepositione *ὑπό* distinctos esse a principalibus tonis ac coeptos etiam esse acutiores tonos dici hypermixolydium, hyperdorium, cet. vide Aristoxeni tonos XIII apud Cleonidem 12. haec omnia qui bene reputaverit, Graecos ab initio sonos graves supra positos cogitasse

---

1 Ptolemaeus quoque (harm. II 10) vituperat usum, quo loquerentur *τῷ μὲν ὑπό καταχρησάμενοι πρὸς τὴν ἐπὶ τὸ βαρύτερον ἔνδειξιν, τῷ δὲ ὑπέρ πρὸς τὴν ἐπὶ τὸ ὀξύτερον.*

non amplius negabit. ὑπάτην cum illi chordam dicebant et ὑπάτων tetrachordum, gravissima eos cogitasse manifestum est. nec a trigonis vel psalteriis barbaris (ubi ὑπάτη erat chorda longissima) petitas esse locutiones, sed a fidibus Graecis unusquisque facile concedet. ὑπεροχήν illi tribuebant sonis gravibus; hi ut praestabant materiae copia et vocis fortitudine, ut in canone oriebantur e chordae longitudine, ita ὑπερέχοντες dicebantur et ὕπατοι. posteri quidem tensionis vi sonos metientes in numerando non minus quam in loquendo (ὑπέρ) praeferebant acuta; maiores altera usi sunt et numeratione et locutione. postquam autem Aristoxeni diebus vel antea novo sensu adhibitae sunt voces ὑπό et ὑπέρ, mirum non est, quod et problemata illa qui scripserunt revocant ἄνω ad sonos acutos. pr. XIX 3. 37.

Mutata est tertiae rei consideratio. Stellarum enim mobilium sonos ab initio Graeci eos esse putabant, quos Nicomachus c. 3 ostendit, ut Saturni gravissimus, lunae acutissimus esset sonus.[1] posteri ita universum ordinem inverterunt, ut acutos sonos tribuerent superis, graves inferis planetis.[2] nonne haec cohaerere vides cum iis quas modo ostendebamus considerationibus? materiem et pondus dum illi spectant in corporibus

1 Quamquam sol non ab initio medium astrum putabatur. immo Plato et Aristoteles prope terram locant lunam et solem, ut locavit Eudoxus Cnidius (Theo astr. 31 p. 179 H.). eius systematis, cuius media in parte est sol, auctor fuit Heraclides. Schiapparelli, *precursori di Copernico* p. 27.

2 Nic. Exc. 3^b. confer systema illud, quod describunt Alexander Ephesius (apud Theonem astr. 15 p. 140), Censorinus 13, Achilles Tatius ad Arati phaen. 17, Plinius nat. II 22, 84, Hyginus poet. astr. IV 14. Hyg. de limit. p. 184 L. de hac re egerunt Boeckh Bildung der Weltseele (scr. minora III 171). F. Bellermann Anon. p. 91. Jan in Philologo LII 22.

sonantibus, maximos numeros ascribunt gravibus sonis et maximas stellas; postea celeritate observata et potestate cum gravibus sonis coniungunt parvos numeros et stellas lente tardeque motas.

Tandem redimus ad Euclidem. ac symphonias cum mixtas hic dicat e gravibus et acutis sonis, in mentem nobis venit Archytae, et de multiplici et superparticulari ratione si Archytas eadem docuisse demonstrari non potest, tamen a reliquis familiae sociis eum non dissensisse verisimile est; reliqui autem haec docuerunt. (v. supra p. 121). et sonos contineri percussionum numeris si forte eius maiores (Lasum dico vel Hippasum) primi docuerunt, horum certe libris Euclides non usus est. Archytas autem aëre non commemorato sonos acutos oriri scripsit celeritate et percussionum spissitate, sicuti scripsit Euclides. etiam e canonis sectione magnam partem eodem modo atque Alexandrinus ille Pythagorei exposuerunt (Boet. II), superparticulari rationi medium terminum non intercedere (Eucl. prot. 3) iam Archytas demonstravit (B. III 11). ab hoc autem Tarentino philosopho multa litteris et multa sermonibus Euclides accipere potuit. libros enim huius magni aestimatos esse videmus (Porph. p. 236 inf.), sermonibus Euclides multa didicisse putatur a Platonis discipulis[1], Platonem accepisse scimus ab Archyta. ergo ad huius doctrinam maximam huius libelli partem revoco.

Canonis sectionem graece et latine primus edidit Ioannes Pena. *Εὐκλείδου εἰςαγωγὴ ἁρμονική.* Lut. Par. Wechel 1557. eius contextum et versionem repe-

1 Heiberg p. 27.

tivit Dasypodius (Euclidis omnes omnium librorum propositiones. Argentor. 1571). transscripserunt Penae versionem et Possevinus in altero volumine Bibliothecae selectae (Col. Agripp. 1607) XV 7 et Petrus Herigonius in cursu mathematico Par. 1644. post Meibomium hos libellos imprimendos curavit Dav. Gregorius Euclidis opera Oxoniae 1703. — Meibomius in textu recensendo secutum se esse profitetur Bonav. Vulcani codicem qui in Leidensis academiae bibliotheca asservatus sit (Prol. ad isag. et ann. in Aristidem 208). praeter hunc usus est Coventriensi et Barocciano codicibus. edidit Antiquae musicae auctores septem (Aristoxenum Euclidem Nicomachum Alypium Gaudentium Bacchium Aristidem) Amstelodami 1652. — Gallice vertit Ch. Em. Ruelle, *Introduction harmonique de Cléonide, la division du canon d'Euclide le géomètre, canons harmoniques de Florence traduits.* extrait de l'annuaire de l'association pour l'encouragement des études grecques. Paris, Didot, 1884.

Haec textus recensio niti debuit praeter vetustissimum librum M in codice W (Vat. 191 fin.), quippe qui veterum diagrammatum contineret certas reliquias. ad intellegendam vero Euclidis voluntatem cum nec utiles essent veterum horum diagrammatum in WM^1 pusillae reliquiae, nec eae quas altera manus sine diligentia neglectisque mensuris in M descripserat, iis potius figuris opus esset, quibus quid auctor vellet oculis videndum proponeretur: missis criticae artis legibus confugi ad diagrammata codicis N(eap. III c 2) quibus Euclidis sententia facile perspiceretur. V = Vat. 191 pars prior, U = Ven. Marc. 322, qui sectionem e M transscripserunt.

ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ

Κατατομὴ κανόνος.

Εἰ ἡσυχία εἴη καὶ ἀκινησία, σιωπὴ ἂν εἴη· σιωπῆς δὲ οὔσης καὶ μηδενὸς κινουμένου οὐδὲν ἂν ἀκούοιτο· εἰ ἄρα μέλλει τι ἀκουσθήσεσθαι, πληγὴν καὶ κίνησιν πρότερον δεῖ γενέσθαι. ὥστε ἐπειδὴ πάντες οἱ φθόγγοι γίνονται πληγῆς τινος γινομένης, πληγὴν δὲ ἀμήχανον γενέσθαι μὴ οὐχὶ κινήσεως πρότερον γενομένης, — τῶν δὲ κινήσεων αἳ μὲν πυκνότεραί εἰσιν, αἳ δὲ ἀραιότεραι, καὶ αἳ μὲν πυκνότεραι ὀξυτέρους ποιοῦσι τοὺς φθόγγους, αἳ δὲ ἀραιότεραι βαρυτέρους, — ἀναγκαῖον τοὺς μὲν ὀξυτέρους εἶναι, ἐπείπερ ἐκ πυκνοτέρων

Variae lectiones. *Εἰςαγωγὴ ἁρμονικὴ Εὐκλείδου* subscriptum Cleonidis introductioni M. *Εὐκλείδου κατατομὴ κανόνος* huius libelli titulus in MU. nullus tit. in VW. *περὶ φθόγγων* NB, repetit foliorum tit. *Κλεονείδου εἰςαγωγὴ ἁρμονική* B.

3 *ἡσυχίας οὔσης καὶ ἀκινησίας* W. 4 *οὐδὲ* N. 5 *πληγὴν ἄρα καὶ* W. 6 *ὥστε ἐπει*] *οἵ γε* W.

Ad prooemium cf. commentarium Ps.-Porphyri in Ptolemaei harmonica p. 266 et Adrastum apud Theonem de musica c. 6 (p. 50).

καὶ πλειόνων σύγκεινται κινήσεων, τοὺς δὲ βαρυτέρους ἐπείπερ ἐξ ἀραιοτέρων καὶ ἐλασσόνων σύγκεινται κινήσεων. ὥστε τοὺς μὲν ὀξυτέρους τοῦ δέοντος ἀνιεμένους ἀφαιρέσει κινήσεως τυγχάνειν τοῦ δέοντος, τοὺς δὲ βαρυτέρους ἐπιτεινομένους προσθέσει κινήσεως τυγχάνειν τοῦ δέοντος. διόπερ ἐκ μορίων τοὺς φθόγγους συγκεῖσθαι φατέον, ἐπειδὴ προσθέσει καὶ ἀφαιρέσει τυγχάνουσι τοῦ δέοντος. πάντα δὲ τὰ ἐκ μορίων συγκείμενα ἀριθμοῦ λόγῳ λέγεται πρὸς ἄλληλα, ὥστε καὶ τοὺς φθόγγους ἀναγκαῖον ἐν ἀριθμοῦ λόγῳ λέγεσθαι πρὸς ἀλλήλους· τῶν δὲ ἀριθμῶν οἱ μὲν (p. 24 Meib.) ἐν πολλαπλασίῳ λόγῳ λέγονται, οἱ δὲ ἐν ἐπιμορίῳ, οἱ δὲ ἐν ἐπιμερεῖ, ὥστε καὶ τοὺς φθόγγους ἀναγκαῖον ἐν τοῖς τοιούτοις λόγοις λέγεσθαι πρὸς ἀλλήλους. τούτων δὲ οἱ μὲν πολλαπλάσιοι καὶ ἐπιμόριοι ἑνὶ ὀνόματι λέγονται πρὸς ἀλλήλους.

Γινώσκομεν δὲ καὶ τῶν φθόγγων τοὺς μὲν συμφώνους ὄντας, τοὺς δὲ διαφώνους, καὶ τοὺς μὲν συμφώνους μίαν κρᾶσιν τὴν ἐξ ἀμφοῖν ποιοῦντας, τοὺς δὲ διαφώνους οὔ. τούτων οὕτως ἐχόντων εἰκὸς τοὺς συμφώνους φθόγγους, ἐπειδὴ μίαν τὴν ἐξ ἀμφοῖν ποιοῦνται κρᾶσιν τῆς φωνῆς, εἶναι τῶν ἐν ἑνὶ ὀνόματι πρὸς ἀλλήλους λεγομένων ἀριθμῶν, ἤτοι πολλαπλασίους ὄντας ἢ ἐπιμορίους.

---

1 a κινήσεων ad l. 2 κινήσεων aberravit M[1]. addit mg. M[2]. 3 ἀνειμένους W. 4 κινήσεων libb., sed cf. l. 5. 5 προθέσει M[1]N, item lin. 7. 10 ἐν] ἐπ' N. 12 π. πλασίῳ W, π.πλασίονι MN. 14 λόγοις M[2] supra lin. 18 post συμφώνους addit συμφώνου W, simile quid habebat M[1]. 19 κρᾶσιν] πρᾶξιν W. 20 οὔ M[2] in ras. 22 ποιοῦντα N.

α. *Ἐὰν διάστημα πολλαπλάσιον δὶς συντεθὲν ποιῇ τι διάστημα, καὶ αὐτὸ πολλαπλάσιον ἔσται.*

Ἔστω διάστημα τὸ βγ, *καὶ ἔστω πολλαπλάσιος ὁ* β *τοῦ* γ, *καὶ γεγενήσθω ὡς ὁ* γ *πρὸς τὸν* β *ὁ* β *πρὸς τὸν* δ. *φημὶ δὴ τὸν* δ *τοῦ* γ *πολλαπλάσιον εἶναι. ἐπεὶ γὰρ ὁ* β *τοῦ* γ *πολλαπλάσιός ἐστι, μετρεῖ ἄρα ὁ* γ *τὸν* β. *ἦν δὲ καὶ ὡς ὁ* γ (p. 25) *πρὸς τὸν* β *ὁ* β *πρὸς τὸν* δ, *ὥστε μετρεῖ ὁ* γ *καὶ τὸν* δ. *πολλαπλάσιος ἄρα ἐστὶν ὁ* δ *τοῦ* γ.


1 Hinc quae sequuntur ad p. 161, 14. 15 leguntur etiam apud Porphyrium vel potius auctorem commentarii ad Ptolemaei harmonica (Prol. p. 116 ann. 1) p. 272 ss.

Numeros quibus singulae protases distinguantur omittunt M^1W, asteriscis et numeris Graecis αβ notant M^2V, Arabum numeros 1 2 ascribit N.

Diagrammatum veterum lineis ad horizontem directis neglegenter pictorum (qualia vides ad prot. 2) exigua exstant vestigia in MW p. 151, 1—3. 152, 7. 11. 153, 5. 154, 7. 158, 7, quae reiecta esse solent ad posteriores protases. — Novas ascripsit figuras M^2 marg., quorum lineae ad perpendiculum sunt directae (v. fig. 1. 3 sqq.). neglecta tamen M^2V vera longitudine lineas omnes exaequaverunt. diligentius veram linearum mensuram observant N et Par. 2535, diligentius etiam Barb. II 86, id quod Euclidis sententia intellecta fieri facile potuit. recta haec linearum mensura cum ad voluntatem Euclidis cognoscendam videretur necessaria, ego in illis delineandis recentiorum codicum rationem amplexus sum; si quid praeter longitudinem in M^2 discrepabat, semper notavi. rettulit autem N diagrammata in locos iusto superiores, ut fig. 15 inveniatur apud prot. 8. — Exstat hoc diagramma suo loco in M^2 mg., VU, (de NPB qui ad duas protases demonstrandas uno utuntur diagrammate vide infra). aliud habent diagramma una linea ad horizontem porrecta numerisque 4 8 16 signata M^1W inter verba prot. 2. quo enim quaeque sit revocanda figura, clare elucet e quattuor lineis diagrammatis 3.

4 *π.πλάσιος ὁ* Porph. (scil. *ἀριθμός*), *π.πλάσιον τὸ* libri Eucl. 6 *πρὸς τὸ* β MN. *τὸ* δ WNU. 8 *π.πλάσιον* MN. 10 *μετρεῖ*] *καὶ* add. libri. γ *καὶ τὸν* Porph., γ *πρὸς τὸν* WV, γ///*τὸν* M. γ *τὸν* rel.

β. Ἐὰν διάστημα δὶς συντεθὲν τὸ ὅλον ποιῇ πολλαπλάσιον, καὶ αὐτὸ ἔσται πολλαπλάσιον.




Ἔστω διάστημα τὸ βγ καὶ γεγενήσθω ὡς ὁ γ πρὸς τὸν β οὕτως ὁ β πρὸς τὸν δ, καὶ ἔστω ὁ δ τοῦ γ πολλαπλάσιος. φημὶ καὶ τὸν β τοῦ γ εἶναι πολλαπλάσιον. ἐπεὶ γὰρ ὁ δ τοῦ γ πολλαπλάσιός ἐστι, μετρεῖ ἄρα ὁ γ τὸν δ. ἐμάθομεν δὲ ὅτι, ἐὰν ὦσιν ἀριθμοὶ ἀνάλογον ὁποσοιοῦν, ὁ δὲ πρῶτος τὸν ἔσχατον μετρῇ, καὶ τοὺς μεταξὺ μετρήσει. μετρεῖ ἄρα ὁ γ τὸν β, πολλαπλάσιος ἄρα ὁ β τοῦ γ.

---

1 *συντεθὲν τὸ* M², *συντεθῇ* (γ —|—— β ——|—— δ) *ὅθεν τὸ* WM¹. *ποιεῖ* W. 2 *ποιῇ πολλα* (δ —|—— η ——|—— ιϛ) *πλάσιον* M. eandem figurae partem W post *ὡς ὁ γ* lin. 5. 2 *καὶ αὐτὸ ἔσται π. πλάσιον* om. WN¹, add. *καὶ αὐτῶ ἔ. ππ.* N². 3 hanc habent figuram M¹W in protasi 3. (exstat enim p. 152, 1–2 post *μέσοι* in M, post *διαστήματος* in W linea tripartita cum litteris *γ β δ* et leguntur super *οὔτε πλείους* in W numeri *ϛ ιβ* et post *πλείους* num. *κδ*, eosdem inserunt numeros post *πλείους* VU. in M *μέσοι* in ras., post *πλείους* rasura. ad illam autem protasin longe alia opus erat figura.) simile diagramma atque ad prot. 1 M², numeri tamen *ιϛ η δ*. hanc figuram cum numeris *δ η ιϛ* ad prot. 1 rettulerunt NPB, qui ad 2 dant fig. 3. 7 *φημὶ δὴ* M⁴. 8 *ππ. φημί ἐστιν* N¹, delet *φημί* N². 9 *ὁ γ*] *ὁ β* W. *ἐμάθομεν* W et Porph., *ἔμαθον* rel. 10 post *ἀριθμοὶ* add. *ἐφεξῆς* M⁵ mg. *πρῶτος* corr. M, *πρὸς* VN. 11 *μετρῇ* B, *μετρεῖ* rel. *μετρεῖ καὶ τοὺς μεταξὺ μετρήσει* N² mg.

---

9 *ἐμάθομεν* haec quidem verba in Euclidis elementis non inveniuntur (cf. Heiberg, litterargesch. Studien über Euklid, S. 53). Habes tamen in El. 8, 7 haec: *ἐὰν ὦσιν ὁποσοιοῦν ἀριθμοὶ [ἑξῆς] ἀνάλογον, ὁ δὲ πρῶτος τὸν ἔσχατον μετρῇ, καὶ τὸν δεύτερον μετρήσει.* ex quibus etiam quae hoc loco demonstraturus est Euclides facillime sequuntur.



γ. *Ἐπιμορίου διαστήματος οὐδεὶς μέσος, οὔτε εἷς οὔτε πλείους ἀνάλογον ἐμπεσεῖται ἀριθμός.* (p. 26.)

Ἔστω γὰρ ἐπιμόριον διάστημα τὸ βγ· *ἐλάχιστοι δὲ ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ τοῖς* βγ *ἔστωσαν οἱ* δζ *ϑ. οὗτοι οὖν ὑπὸ μονάδος μόνης μετροῦνται κοινοῦ μέτρου. ἄφελε ἴσον τῷ* θ *τὸν* ηζ. *καὶ ἐπεὶ ἐπιμόριός ἐστιν ὁ* δζ *τοῦ* θ, *ἡ ὑπεροχὴ ὁ* δη *κοινὸν μέτρον τοῦ τε* δζ *καὶ τοῦ* θ *ἐστί· μονὰς ἄρα ὁ* δη· *οὐκ ἄρα ἐμπεσεῖται εἰς τοὺς* δζ θ *μέσος οὐδείς. ἔσται γὰρ ὁ ἐμπίπτων τοῦ* δζ *ἐλάττων, τοῦ δὲ* θ *μείζων, ὥστε τὴν μονάδα διαιρεῖσθαι, ὅπερ ἀδύνατον. οὐκ ἄρα ἐμπεσεῖται εἰς τοὺς* δζ θ *τις.*

---

1 de diagrammatis 2. partibus huc insertis v. supra. *οὐδεὶς μέσος* W, *μέσος οὐδείς* V, post *μέσοι* add. supra lin. *οὐδείς* N, sed delet., om. *οὐδείς*, sed habet *μέσοι οὔτε* in ras. M. *μέσοι* U. (*μέσος* Wallis, *μέσοι* codd.) 3 *ἐμπεσεῖται* W et Porph. *ἐμπεσοῦνται* rel. *ἀριθμοί* Porph., *ἀριθμός* libri Eucl. Appicta est haec figura ad protasin 2 in N, similis (sed in duas partes discerpta) ad prot. 3 in M[2], exigua exstant figurae vestigia in M[1]W (vide ad lin. 7 et 11). addit autem N lineis δζ θ rationes *δ' γ* et parti δη numerum *α*, lineas β γ idem signat numeris *η ϛ*. etiam M[2] habet illas numerorum rationes, nisi quod ponit lin. $\beta : \gamma = \iota\beta : \vartheta$, et lineae ηζ dat numerum γ. hi tamen omnes numeri cum prohibeant quominus linearum rationes celeriter perspiciantur, nolui litteris Graecis eos signare. 5 βγ Porph., β *τοῦ* γ libb. Eucl. *ἐν* VN Porph.

---

1 cf. Elem. 8, 8: *ἐὰν δύο ἀριθμῶν μεταξὺ κατὰ τὸ συνεχὲς ἀνάλογον ἐμπίπτωσιν ἀριθμοί, ὅσοι εἰς αὐτοὺς μεταξὺ κατὰ τὸ συνεχὲς ἀνάλογον ἐμπίπτουσιν ἀριθμοί, τοσοῦτοι καὶ εἰς τοὺς τὸν αὐτὸν λόγον ἔχοντας [αὐτοῖς] μεταξὺ κατὰ τὸ συνεχὲς ἀνάλογον ἐμπεσοῦνται.*

ὅσοι δὲ εἰς τοὺς ἐλαχίστους μέσοι ἀνάλογον ἐμπίπτουσι, τοσοῦτοι καὶ εἰς τοὺς τὸν αὐτὸν λόγον ἔχοντας ἀνάλογον ἐμπεσοῦνται. οὐδεὶς δὲ εἰς τοὺς δζ θ *ἐμπεσεῖται, οὐδὲ εἰς τοὺς* βγ *ἐμπεσεῖται.*

δ. *Ἐὰν διάστημα μὴ πολλαπλάσιον δὶς συντεθῇ, τὸ ὅλον οὔτε πολλαπλάσιον ἔσται, οὔτε ἐπιμόριον.*

Ἔστω γὰρ διάστημα μὴ πολλαπλάσιον, τὸ βγ, *καὶ γεγενήσθω ὡς ὁ* (p. 27) γ *πρὸς τὸν* β *ὁ* β *πρὸς τὸν* δ. *λέγω ὅτι ὁ* δ *τοῦ* γ *οὔτε πολλαπλάσιος οὔτε ἐπιμόριός ἐστιν. Ἔστω γὰρ πρῶτον ὁ* δ *τοῦ* γ *πολλαπλάσιος. οὐκοῦν ἐμάθομεν, ὅτι ἐὰν διάστημα δὶς συντεθὲν τὸ ὅλον ποιῇ πολλαπλάσιον, καὶ αὐτὸ πολλαπλάσιόν ἐστιν. ἔσται ἄρα ὁ* β *τοῦ* γ *πολλαπλάσιος. οὐκ ἦν δέ. ἀδύνατον ἄρα τὸν* δ *τοῦ* γ *εἶναι πολλαπλάσιον.*

δ β γ

ϑ ς δ

ἐπὶ W, perfossum in M. P. 152, 7 *ὑπὸ*] *ἀπὸ* N. ιβ ιγ (reliquiae figurae) post *μόνης* M[1], post *μέτρου* (lin. 8) WU. 8 *τὸν* ηζ] *τὸν* ζ W, *τὸν δ'* ηζ V. 9 *καὶ ἐπεὶ* W, om. rel., *λοιπὸν μόνον* V·N. post *τὸν* (8) rasura et ηζ *καὶ ἐπίλοιπον μον͜ν* i. e. *μονάς* M[3]. post *ἐστιν* addunt *ἄρα* M[2]N. 10 *ὁ* δη] *ὁ* δ W. 11 post *καὶ* inserit ιδ ιζ ιθ ex fig. W. 12 *ὁ* δη] N, *ἡ* δη M, *ἡ* δ W. 16 δζ θ] δ θζ W.

1 post *ὅσοι δὲ* lacuna 7 litt. W. 4 *οὐδὲ εἰς τοὺς* βγ *ἐμπεσεῖται* om. W. 5 *μὴ* supra l. M[2]. *μὴ πολλαπλάσιον* om. W. post *οὔτε* habet *πολλαπλα* supra lin. M. post *δὶς συντεθῇ* M[1] hanc habet figuram falsis numeris ornatam:

ς δ β
| γ | β | δ

cui addit M[2] in margine figuram veriorem ex aequalibus lineis et ipsam compositam, veris tamen numeris instructam. a W deest figura (translata ad prot. 5). 14 *ποιεῖ* W. 16 *τὸν*] *τὸ* libb.

---

13. *ἐμάθομεν* in prot. 2.

ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἐπιμόριον. ἐπιμορίου γὰρ διαστήματος μέσος οὐδεὶς ἀνάλογον ἐμπίπτει. εἰς δὲ τοὺς δγ ἐμπίπτει ὁ β. ἀδύνατον ἄρα τὸν δ τοῦ γ ἢ πολλαπλάσιον ἢ ἐπιμόριον εἶναι.

δ β γ ϑ ς δ

ε. Ἐὰν διάστημα δὶς συντεθὲν τὸ ὅλον μὴ ποιῇ πολλαπλάσιον, οὐδ' αὐτὸ ἔσται πολλαπλάσιον.

Ἔστω γὰρ διάστημα τὸ βγ, καὶ γεγενήσθω ὡς ὁ γ πρὸς τὸν β ὁ β πρὸς τὸν δ, καὶ μὴ ἔστω ὁ δ τοῦ γ πολλαπλάσιος. λέγω, ὅτι οὐδὲ ὁ β τοῦ γ ἔσται πολλαπλάσιος. εἰ γάρ ἐστιν ὁ β τοῦ γ (p. 28) πολλαπλάσιος, ἔσται ἄρα ὁ δ τοῦ γ πολλαπλάσιος. οὐκ ἔστι δέ. οὐκ ἄρα ὁ β τοῦ γ ἔσται πολλαπλάσιος.

ς. Τὸ διπλάσιον διάστημα ἐκ δύο τῶν μεγίστων ἐπιμορίων συνέστηκεν, ἔκ τε τοῦ ἡμιολίου καὶ ἐκ τοῦ ἐπιτρίτου.

Ἔστω γὰρ ὁ μὲν βγ τοῦ δζ ἡμιόλιος, ὁ δὲ δζ τοῦ θ ἐπίτριτος. φημὶ τὸν βγ τοῦ θ διπλάσιον εἶναι. ἀφεῖλον γὰρ ἴσον τῷ θ τὸν ζκ καὶ τῷ δζ τὸν γλ.

---

3 δγ VN, in ras. M, δγθ W. τὸν] ὁ libb. 4 π. πλάσιος et ἐπιμόριος libb. 6 οὐδ'] οὐ δι' W. 7 πολλαπλάσιον γ | β | δ M[1]. πολλα ιγ ιβ ια πλάσιον W (reliquiae figurae 4). M[2] repetit fig. 4, N om. 15 δύο om. M[1]W. 16 ἔκ τε τοῦ ἐπιτρίτου μορίου καὶ ἡμιολίου W. in figura M plures habet litteras (scriptas manu 3), sunt enim in prima linea partes indicatae δ et η (hoc bis scr.), in altera linea inter δ et κ scriptum *e* (i. e. β). in M[1]W nulla figurae vestigia. 20 ζκ M[3]N[2]U, ζ M[1]VN[1], β W. γλ WNM[3], γ M[1]V.

---

2 οὐδεὶς ἀν. ἐμπ. prot. 3.

οὐκοῦν ἐπεὶ ὁ βγ τοῦ δζ ἡμιόλιος, ὁ βλ ἄρα τοῦ βγ τρίτον μέρος ἐστὶν, τοῦ δὲ δζ ἥμισυ. πάλιν ἐπεὶ ὁ δζ τοῦ θ ἐπίτριτός ἐστιν, ὁ δκ τοῦ μὲν δζ τεταρτημόριον, τοῦ δὲ θ τριτημόριον. οὐκοῦν ἐπεὶ ὁ δκ τοῦ δζ ἐστι τεταρτημόριον, ὁ δὲ βλ τοῦ δζ ἥμισυ, τοῦ ἄρα βλ ἥμισυ ἔσται ὁ δκ. ἦν δὲ ὁ βλ τοῦ βγ τρίτον μέρος· ὁ ἄρα δκ τοῦ βγ ἕκτον μέρος ἐστίν. ἦν δὲ ὁ δκ τοῦ θ τρίτον μέρος· ὁ ἄρα βγ τοῦ θ διπλάσιός ἐστιν.

β δ θ λ κ γ ζ ιβ η ς

Ἄλλως. Ἔστω γὰρ ὁ μὲν α τοῦ β ἡμιόλιος, ὁ δὲ β τοῦ γ ἐπίτριτος. λέγω ὅτι (p. 29) ὁ α τοῦ γ ἐστι διπλάσιος.

Ἐπεὶ γὰρ ἡμιόλιός ἐστιν ὁ α τοῦ β, ὁ α ἄρα ἔχει τὸν β καὶ τὸ ἥμισυ αὐτοῦ. δύο ἄρα οἱ α ἴσοί εἰσι τρισὶ τοῖς β. πάλιν ἐπεὶ ὁ β τοῦ γ ἐστιν ἐπίτριτος, ὁ β ἄρα ἔχει τὸν γ καὶ τὸ τρίτον αὐτοῦ. τρεῖς ἄρα οἱ β ἴσοί εἰσι τέτταρσι τοῖς γ. τρεῖς δὲ οἱ β ἴσοί εἰσι δυσὶ τοῖς α. δύο ἄρα οἱ α ἴσοί εἰσι τέτταρσι τοῖς γ. ἄρα ὁ α ἴσός ἐστι δυσὶ τοῖς γ· διπλάσιος ἄρα ἐστὶν ὁ α τοῦ γ.

α β γ ιβ η ς

---

1 post ἡμιόλιος addunt καὶ (hoc om. W) ἐκ τοῦ τριπλοῦ καὶ ἐπιτρίτου τὸ τετραπλάσιον ὁμοίως δείκνυται καὶ ἐκ τοῦ τετραπλοῦ καὶ ἐπιτετάρτου τὸ πενταπλοῦν καὶ ἀεὶ ὁμοίως M[1]W, perfodit M[2], om. VN. 3 ἐπεὶ om. N. ἐστιν] ἔσται WV. ὁ ante δκ] ὁ δὲ VN. δκ VM[3], δ WM[1]V, item lin. 8. 4 τεταρτημόριόν ἐστι M[3]. 6 βλ M[4]U, β WM[1]VN. 7 βλ M[4]N β M[1]RV, item bis. (τοῦ δζ ἥμισυ — ἦν δὲ ὁ βλ om. U.) 8 γ (ante τρίτον) om. W. κ om. W, item lin. 9. 14 ὁ α (post β) om. M[1]W. 15 τὸν ἥμισυν MWN. 16 α M[2] supra lin. εἶσι τοῖς β τρισὶ W. 17 γ WM[2], τρίτον M[1], δ VN. 19 β] δύο W. εἰσιν ἴσοι W. 21 in. γ] αγ W. δυσὶ] δύο libb.

α β γ — ιβ ς δ

ζ. Ἐκ τοῦ διπλασίου διαστήματος καὶ ἡμιολίου τριπλάσιον διάστημα γίνεται.

Ἔστω γὰρ ὁ μὲν α τοῦ β διπλάσιος, ὁ δὲ β τοῦ γ ἡμιόλιος. λέγω ὅτι ὁ α τοῦ γ ἐστι τριπλάσιος.

Ἐπεὶ γὰρ ὁ α τοῦ β ἐστι διπλάσιος, ὁ α ἄρα ἴσός ἐστι δυσὶ τοῖς β. πάλιν ἐπεὶ ὁ β τοῦ γ ἐστιν ἡμιόλιος, ἄρα ὁ β ἔχει τὸν γ καὶ τὸ ἥμισυ αὐτοῦ. δύο ἄρα οἱ β ἴσοί εἰσι τρισὶ τοῖς γ. δύο δὲ οἱ β ἴσοί εἰσι τῷ α. καὶ ὁ α ἄρα ἴσός ἐστι τρισὶ τοῖς γ. τριπλάσιος ἄρα ἐστὶν ὁ α τοῦ γ (p. 30).

α γ β — ϑ ς η

η. Ἐὰν ἀπὸ ἡμιολίου διαστήματος ἐπίτριτον διάστημα ἀφαιρεθῇ, τὸ λοιπὸν καταλείπεται ἐπόγδοον.

Ἔστω γὰρ ὁ μὲν α τοῦ β ἡμιόλιος, ὁ δὲ γ τοῦ β ἐπίτριτος. λέγω ὅτι ὁ α τοῦ γ ἐστὶν ἐπόγδοος.

Ἐπεὶ γὰρ ὁ α τοῦ β ἐστὶν ἡμιόλιος, ὁ α ἄρα ἔχει τὸν β καὶ τὸ ἥμισυ αὐτοῦ. ὀκτὼ ἄρα οἱ α ἴσοί εἰσι δώδεκα τοῖς β. πάλιν ἐπεὶ ὁ γ τοῦ β ἐστὶν ἐπίτριτος, ὁ γ ἄρα ἔχει τὸν β καὶ τὸ τρίτον αὐτοῦ. ἐννέα ἄρα

4 ὁ ad α om. W. 7 α ἄρα W, α om. M[1], ἄρα α M[2]. β] δύο W. 9 τὸν ἥμισυν W. 10 δύο δὲ — τοῖς γ om. W. α post ὁ add. M[2]. 14 ἐπόγδοον M[2], τὸ ὄγδοον W. ad figuram M[2]N habent ascriptos hos numeros:

ϑ	ς	η
η	ιβ	ϑ
οβ	οβ	οβ.

1 Hic aliam protasin insert Commentarius ad Ptol. p. 274, 13, qua demonstratur praeter duplicem rationem ex superparticularibus componi multiplicem nullam.

οἱ γ *ἴσοί εἰσι δώδεκα τοῖς* β. *δώδεκα δὲ οἱ* β *ἴσοί εἰσιν ὀκτὼ τοῖς* α· *ὀκτὼ ἄρα οἱ* α *ἴσοί εἰσιν ἐννέα τοῖς* γ. *ὁ* α *ἄρα ἴσός ἐστι τῷ* γ *καὶ τῷ ὀγδόῳ αὐτοῦ, ἄρα ὁ* α *τοῦ* γ *ἐστὶν ἐπόγδοος.*

θ. *Τὰ ἓξ ἐπόγδοα διαστήματα μείζονά ἐστι διαστήματος ἑνὸς διπλασίου.*

Ἔστω γὰρ εἷς ἀριθμὸς ὁ α. *καὶ τοῦ μὲν* α *ἐπόγδοος ἔστω ὁ* β, *τοῦ δὲ* β (p. 31) *ἐπόγδοος ὁ* γ, *τοῦ δὲ* γ *ἐπόγδοος ὁ* δ, *τοῦ δὲ* δ *ἐπόγδοος ὁ* ε, *τοῦ* ε *ἐπόγδοος ὁ* ζ, *τοῦ* ζ *ἐπόγδοος ὁ* η. *λέγω, ὅτι ὁ* η *τοῦ* α *μείζων ἐστὶν ἢ διπλάσιος.*

Ἐπεὶ ἐμάθομεν εὑρεῖν ἑπτὰ ἀριθμοὺς ἐπογδόους ἀλλήλων, εὑρήσθωσαν οἱ α β γ δ ε ζ η, *καὶ γίνεται ὁ μὲν* α κϛ *μύρια* ͵βρμδ,

---

(*ϑ ϛ η* medias ad lineas, *η ιβ ϑ* imum ad finem positos). N^2 rubro colore addit *ἢ γὰρ ὀκτάκις* θ οβ,
καὶ δωδεκάκις τὰ ἓξ οβ,
καὶ ἐννάκις τὰ η οβ.
P. 156, 15 *ὁ δὲ* γ — 18 *ἐστιν ἡμιόλιος* om. W. 16 γ M^2, *τρίτος* M^1. β M^2 in ras. 18 *ὁ ἄρα* α M^1. 20 α] δ W. *τοῖς* β M^2 ras. *δωδεκάτοις* β W.

1 *οἱ* γ M^2 supra. *δώδεκα τοῖς — τοῖς* α om. W. *δὲ* M^3. 2 α] δ M^1. 3 γ M^2 ras., β W. *ὁ ἄρα* α VN, (α M^2 supra). 4 *ὁ* α *ἄρα* WN. *ἐπόγδοός ἐστιν* W. 5 *ἐστι*] *εἰσὶ* W. 8 *τοῦ δὲ* γ om. N^1. 9 *τοῦ δὲ* ε N. 10 *τοῦ δὲ* (om. ζ) *ἐπογδ.* V, *τοῦ δὲ* ζ *ἐ.* N. 12 *ἀριθμοὺς ἐφεξῆς ἐπ.* M^3. 14 $\overset{κϛ}{M}$ libri, item in seqq. (κϛ M^2).

---

12 Heiberg Littergesch. Studien comparat El. 8, 2: *ἀριθμοὺς εὑρεῖν ἑξῆς ἀνάλογον ἐλαχίστους, ὅσους ἂν ἐπιτάξῃ τις, ἐν τῷ δοθέντι λόγῳ.* Numeri sunt:

α 262 144

β	294	912	ε	419	904
γ	331	776	ζ	472	392
δ	373	248	η	531	441.

ὁ δὲ β κθ μύρια ,δϡιβ,
ὁ δὲ γ λγ μύρια ,αψοϛ
ὁ δὲ δ λζ μύρια ,γσμη,
ὁ δὲ ε μα μύρια ,θϡδ,
ὁ δὲ ζ μζ μύρια ,βτϟβ,
ὁ δὲ η νγ μύρια ,αυμα καὶ ἔστιν ὁ η τοῦ α μείζων ἢ διπλάσιος.

ι. *Τὸ διὰ πασῶν διάστημά ἐστι πολλαπλάσιον.*

Ἔστω γὰρ νήτη μὲν ὑπερβολαίων (p. 32) ὁ α, μέση δὲ ὁ β, προσλαμβανόμενος δὲ ὁ γ. τὸ ἄρα α γ διάστημα δὶς διὰ πασῶν ὂν ἐστὶ σύμφωνον. ἤτοι οὖν ἐπιμόριόν ἐστιν, ἢ πολλαπλάσιον. ἐπιμόριον μὲν οὐκ ἔστιν· ἐπιμορίου γὰρ διαστήματος μέσος οὐδεὶς ἀνάλογον ἐμπίπτει. πολλαπλάσιον ἄρα ἐστίν. ἐπεὶ οὖν δύο ἴσα διαστήματα τὰ αβ βγ συντεθέντα ποιεῖ πολλαπλάσιον τὸ ὅλον, καὶ τὸ αβ ἄρα ἐστὶ πολλαπλάσιον.

γ β α
ις η δ

ια. *Τὸ διὰ τεσσάρων διάστημα καὶ τὸ διὰ πέντε ἑκάτερον ἐπιμόριόν ἐστιν.*


---

1 ϡ] ↑ M, τ WVN. item in seqq. 2 λγ et ,α M². 3 numeri M². 4 μα M². ϡ] ψ W. 6 ,αυ M². 7 M¹ habet reliquias figurae | α | β | γ | δ | ε | ζ | η. post διπλάσιος add. W: ια ιβ ιγ ιδ ιε ιζ ιη. om. fig. M²N. 8 διὰ M². Hanc figuram habet N, om. numeros M². 11 ὂν M⁴, ὢν M¹N. 12 ἢ] ἡ M. 16 ἴσα Meibom. 18 ἐστι πολλαπλάσιον et q. seq. — prot. 18 incl. om. W. alia manus ad mg. scribit λείπει ὧδε. 19 ια V, ιβ M², om. N. nec iam sequuntur protaseon numeri in codd. Figura vera in N apud prot. 6, M² om.

---

14 οὐδεὶς ἀν. ἐμπ. prot. 3. 17 συντεθέντα ποιεῖ ππλασ. prot. 2.

Ἔστω γὰρ νήτη μὲν συνημμένων ὁ α, μέση δὲ ὁ β, ὑπάτη δὲ μέσων ὁ γ. τὸ ἄρα αγ διάστημα δὶς διὰ τεσσάρων ὂν ἐστὶ διάφωνον· οὐκ ἄρα ἐστὶ πολλαπλάσιον. ἐπεὶ οὖν δύο διαστήματα ἴσα τὰ αβ βγ συντεθέντα τὸ ὅλον μὴ ποιεῖ πολλαπλάσιον, οὐδὲ ἄρα τὸ αβ ἐστὶ πολλαπλάσιον. καὶ ἔστι σύμφωνον· ἐπιμόριον ἄρα. ἡ αὐτὴ δὲ ἀπόδειξις καὶ ἐπὶ τοῦ διὰ πέντε. (p. 33.)



12. Τὸ διὰ πασῶν διάστημά ἐστι διπλάσιον.

Ἐδείξαμεν γὰρ αὐτὸ πολλαπλάσιον. οὐκοῦν ἤτοι διπλάσιόν ἐστιν — ἢ μεῖζον ἢ διπλάσιον. ἀλλ' ἐπεὶ ἐδείξαμεν τὸ διπλάσιον διάστημα ἐκ δύο τῶν μεγίστων ἐπιμορίων συγκείμενον, ὥστε εἰ ἔσται τὸ διὰ πασῶν μεῖζον διπλασίου, οὐ συγκείσεται ἐκ δύο μόνων ἐπιμορίων, ἀλλ' ἐκ πλειόνων, — σύγκειται δὲ ἐκ δύο συμφώνων διαστημάτων, ἔκ τε τοῦ διὰ πέντε καὶ τοῦ διὰ τεσσάρων· οὐκ ἄρα ἔσται τὸ διὰ πασῶν μεῖζον διπλασίου. διπλάσιον ἄρα.

Ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ διὰ πασῶν ἐστι διπλάσιον, τὸ δὲ διπλάσιον ἐκ τῶν μεγίστων ἐπιμορίων δύο συνέστηκε, καὶ τὸ διὰ πασῶν ἄρα ἐξ ἡμιολίου καὶ ἐπιτρίτου συνέστηκε, ταῦτα γὰρ μέγιστα. συνέστηκε δὲ ἐκ τοῦ

---

2 δὶς M² supra. 3 ὂν M² ex ὢν. 10 12. Libri om et numeros et partium signa, pergunt in linea. 11 αὐτὸ] αὐτῶ M. 22 καὶ τὸ διὰ π. — 23 γὰρ μέγιστα om. Porph. 23 δὲ Porph., γὰρ libri Eucl. post δὲ ἐκ insert τε M⁴.

---

3 οὐκ ἄρα πηλασ. p. 149, 21. 5 μὴ ποιεῖ πηλάσ. prot. 5. 11 ἐδείξαμεν prot. 10. 13 ἐδείξαμεν prot. 6, accedit Comm. in Ptol. p. 274, 13. 16 πλειόνων prot. 7. 21 συνέστηκε prot. 6.

διὰ πέντε καὶ ἐκ τοῦ διὰ τεσσάρων, ὄντων ἐπιμορίων· τὸ μὲν ἄρα διὰ πέντε, ἐπειδὴ μεῖζόν ἐστιν, ἡμιόλιον ἂν εἴη, τὸ δὲ διὰ τεσσάρων ἐπίτριτον.

Φανερὸν δή, ὅτι καὶ τὸ διὰ πέντε καὶ διὰ πασῶν τριπλάσιόν ἐστιν. ἐδείξαμεν γάρ, ὅτι ἐκ διπλασίου διαστήματος καὶ ἡμιολίου τριπλάσιον διάστημα γίνεται, ὥστε καὶ τὸ διὰ πασῶν καὶ τὸ διὰ πέντε τριπλάσιον.

Τὸ δὲ δὶς διὰ πασῶν τετραπλάσιόν ἐστιν.

Ἀποδέδεικται ἄρα τῶν συμφώνων ἕκαστον, ἐν τίσι λόγοις (p. 34) ἔχει τοὺς περιέχοντας φθόγγους πρὸς ἀλλήλους.

13. Λοιπὸν δὴ περὶ τοῦ τονιαίου διαστήματος διελθεῖν, ὅτι ἐστὶν ἐπόγδοον.

Ἐμάθομεν γάρ, ὅτι ἐὰν ἀπὸ ἡμιολίου διαστήματος ἐπίτριτον διάστημα ἀφαιρεθῇ, τὸ λοιπὸν καταλείπεται ἐπόγδοον. ἐὰν δὲ ἀπὸ τοῦ διὰ πέντε τὸ διὰ τεσσάρων ἀφαιρεθῇ, τὸ λοιπὸν τονιαῖόν ἐστι διάστημα· τὸ ἄρα τονιαῖον διάστημά ἐστιν ἐπόγδοον.

14. Τὸ διὰ πασῶν ἔλαττον ἢ ἓξ τόνων.

Δέδεικται γὰρ τὸ μὲν διὰ πασῶν διπλάσιον, ὁ δὲ

---

3 ἐπὶ τρίτον N. (4 δὴ cf. Eucl. El. VII 36 med. [II 262, 24 Hb.], δὲ Porph.). 10 post ἄρα add. ὅτι M². ἕκαστον] ασ corr. M². 11 λόνοις M, λόγοις V. 13 δὴ ego cum B et Porph., δὲ NU, δεῖ M, cf. mira illa δὴ in Eucl. Elem. 7, 2 et 36 (p. 192 et 262 H) 8, 4 (282). 10, 3 (282). 14 ἐπόγδοον] δ ras. M. 15 ἐὰν μὲν N (M³ ras.), ἐάν ἐστιν V, om. μὲν Porph. 20 ἔλαττόν ἐστιν ἢ NM³.


---

1 ἐπιμορίων prot. 11. 5 ἐδείξαμεν prot. 7. 15 ἐμάθομεν prot. 8. 21 δέδεικται prot. 12 et 13.

τόνος ἐπόγδοος· τὰ δὲ ἓξ ἐπόγδοα διαστήματα μείζονα διαστήματός [ἐστι] διπλασίου. τὸ ἄρα διὰ πασῶν ἔλαττόν ἐστιν ἓξ τόνων.

15. Τὸ διὰ τεσσάρων ἔλαττον δύο τόνων καὶ ἡμιτονίου, καὶ τὸ διὰ πέντε ἔλαττον τριῶν τόνων καὶ ἡμιτονίου.

Ἔστω γὰρ νήτη μὲν διεζευγμένων ὁ β, παραμέση δὲ ὁ γ, μέση δὲ ὁ δ, (p. 35) ὑπάτη δὲ μέσων ὁ ζ. οὐκοῦν τὸ μὲν γδ διάστημα τόνος ἐστὶ, τὸ δὲ βζ, διὰ πασῶν ὄν, ἔλαττον ἓξ τόνων. τὰ λοιπὰ ἄρα, τό τε βγ καὶ τὸ δζ ἴσα ὄντα ἐλάττονά ἐστι πέντε τόνων. ὥστε τὸ ἐν τῷ βγ ἔλαττον δύο τόνων καὶ ἡμιτονίου, ὅ ἐστι διὰ τεσσάρων, τὸ δὲ βδ ἔλαττον τριῶν τόνων καὶ ἡμιτονίου, ὅ ἐστι διὰ πέντε.




16. Ὁ τόνος οὐ διαιρεθήσεται εἰς δύο ἴσα οὔτε εἰς πλείω.

Ἐδείχθη γὰρ ὢν ἐπιμόριος· ἐπιμορίου δὲ διαστήματος μέσοι οὔτε πλείους οὔτε εἷς ἀνάλογον ἐμπίπτουσιν. οὐκ ἄρα διαιρεθήσεται ὁ τόνος εἰς ἴσα.

7 Hanc figuram habet N ad § 6, rubro ibi colore additur in marg. διὰ πασῶν ὁ βζ. recto loco habent M[2]V quattuor lineas aequales signatas ζ δ γ β sine numeris. 11 ad ἔλαττον add. ἐστὶν M[4] supra. 14 ὃ M[1]VN, ὂν M[4]. item lin. 16. 18 ἴσα Jan, ἴσους libb. (cf. 162, 14.) πλείω Porph., πλείους libb. Eucl. 19 ὢν M[4], ὂν M[1], ἂν N. 20 μέσοι N, μέσος V, om. Porph. et M.

1 μείζονα prot. 9. 12 ἴσα, nam $\beta : \gamma = 3 : 4 = \delta : \zeta$. 19 ἐδείχθη § 15. ἐμπίπτουσι prot. 3.



17. *Αἱ παρανῆται αἱ καὶ λιχανοὶ ληφθήσονται διὰ συμφωνίας οὕτως.* Ἔστω γὰρ μέση ὁ β. ἐπιτετάσθω (p. 36) διὰ τεσσάρων ἐπὶ τὸ γ, καὶ ἀπὸ τοῦ γ ἀνείσθω διὰ πέντε ἐπὶ τὸ δ. τόνος ἄρα ὁ βδ. πάλιν δὲ ἀπὸ τοῦ δ διὰ τεσσάρων ἐπιτετάσθω ἐπὶ τὸ ε, καὶ ἀπὸ τοῦ ε ἀνείσθω ἐπὶ τὸ ζ διὰ πέντε. τόνος ἄρα τὸ ζδ. δίτονος ἄρα τὸ ζβ. λιχανὸς ἄρα τὸ ζ. ὁμοίως ἂν καὶ αἱ παρανῆται ληφθήσονται.

18. *Αἱ παρυπάται καὶ αἱ τρίται οὐ διαιροῦσι τὸ πυκνὸν εἰς ἴσα.*

---

1 Exstant in N[1] ad prot. 7 hae quinque lineae diversa longitudine pariter inter se distantes, adsunt hi numeri haeque litterae. sed *τόν.* ascripsi ego, quod MV (M[2] videtur ex colore et marginis loco) haec habent diagrammatis vestigia:

ζ ο/τ δ ό/τ β ε γ


Addidit etiam N[2] rubro colore *τόνος* super β, eademque manus procedens e loco ζ toti figurae inscripsit *διὰ πέντε ἀπὸ τοῦ* γ *μέχρι τοῦ* δ et *διὰ τεσσάρων* inde ab ε. 6 δ M[3]N, *τέταρτον* M[1]. 10 ζδ M[3]N, ζ M[1]. *δίτονος* NM[5], *διάτονος* M[1]VU. Figuram 18 dedi ut erat in N, nisi quod pariter lineae inter se distabant. M[2]V hanc habent figuram: ζ δ γ ε β

In § 18 hi sunt diagrammatis soni:

β —— mese. a. la.
ton
ε ——
γ —— lichanos meson. g. sol.

δ —— hypate meson. e. mi.
ton
ζ —— lichan. hyp. d. re.

Ἔστω γὰρ μέση μὲν ὁ β, λιχανὸς δὲ ὁ γ, ὑπάτη δὲ ὁ δ. ἀνείσθω ἀπὸ τοῦ β διὰ πέντε ἐπὶ τὸ ζ. τόνος ἄρα ὁ ζδ. καὶ ἀπὸ τοῦ ζ διὰ τεσσάρων ἐπιτετάσθω ἐπὶ τὸ ε. τόνος ἐστὶν ἄρα τὸ ζδ διάστημα καὶ τὸ βε. κοινὸν προσκείσθω τὸ δγ. τὸ ἄρα ζε ἴσόν ἐστι τῷ δβ. διὰ τεσσάρων δὲ τὸ ζε· οὐκ ἄρα μέσος ἀνάλογον ἐμπίπτει τις τῶν ζε· ἐπιμόριον γὰρ τὸ διάστημα. καὶ ἔστιν ἴσος ὁ δβ τῷ ζε· οὐκ ἄρα τοῦ δγ μέσος ἐμπεσεῖται, ὅ ἐστιν ἀπὸ ὑπάτης ἐπὶ λιχανόν. οὐκ ἄρα ἡ παρυπάτη διελεῖ τὸ πυκνὸν εἰς ἴσα. ὁμοίως οὐδὲ ἡ τρίτη. (p. 37.)




19. *Τὸν κανόνα καταγράψαι κατὰ τὸ καλούμενον ἀμετάβολον σύστημα.*

Ἔστω τοῦ κανόνος μῆκος, ὃ καὶ τῆς χορδῆς τὸ αβ, καὶ διῃρήσθω εἰς τέσσαρα ἴσα κατὰ τὰ γδε. ἔσται ἄρα ὁ βα βαρύτατος ὢν φθόγγος βόμβυξ. οὗτος δὲ ὁ αβ τοῦ γβ ἐπίτριτός ἐστιν, ὥστε ὁ γβ τῷ αβ συμ-

---

6 *καὶ* M[2] supra. βε ego, γε libri. (βε tonus est, quia dia tessaron εζ subtrahitur a diapente βζ.) 7 *προσκείσθω* Meib., *προκείσθω* libri. ζε ego, ζγ libri. 8 δβ ego, δε libri. 10 *ἐπιμόριον* M[2]N, *ἐπιμόριος* M[1]. 11 δβ *τῷ* ζε ego, δζ *τῷ* γε libri. 16 in N schol. *κανὼν ἀμετάβολος, ὃς καὶ φθόγγος ὢν βαρύτατος βόμβυξ λέγεται.* 18 *διαιρείσθω* W. *κατὰ* MVN (qui postea expunxit), om. W. 19 *ὁ* om. N. *ὢν* M[2]WN, *ὧν* M[1]V.



φωνήσει διὰ τεσσάρων ἐπὶ τὴν ὀξύτητα. καὶ ἔστιν ὁ αβ προσλαμβανόμενος· ὁ ἄρα γβ ἔσται ὑπάτων διάτονος. πάλιν ἐπεὶ ὁ αβ τοῦ βδ ἐστὶ διπλοῦς, συμφωνήσει τῇ διὰ πασῶν καὶ ἔσται ὁ βδ μέση. πάλιν ἐπεὶ τετραπλάσιός ἐστιν ὁ αβ τοῦ εβ, ἔσται ὁ εβ νήτη ὑπερβολαίων. ἔτεμον τὸν γβ δίχα κατὰ τὸ ζ. καὶ ἔσται διπλάσιος ὁ γβ τοῦ ζβ, ὥστε συμφωνεῖν τὸν γβ πρὸς τὸν ζβ διὰ πασῶν· ὥστε εἶναι τὸν ζβ νήτην συνημμένων. ἀπέλαβον τοῦ δβ τρίτον μέρος τὸ δη. καὶ ἔσται ἡμιόλιος ὁ δβ τοῦ ηβ, ὥστε συμφωνήσει ὁ δβ πρὸς τὸν ηβ ἐν τῷ διὰ πέντε· ὁ ἄρα ηβ νήτη ἔσται διεζευγμένων. ἔθηκα τῷ ηβ ἴσον τὸν ηθ, ὥστε ὁ θβ πρὸς τὸν ηβ συμφωνήσει διὰ πασῶν, ὡς εἶναι τὸν θβ ὑπάτην μέσων. ἔλαβον τοῦ θβ τρίτον μέρος τὸ θκ. καὶ ἔσται ἡμιόλιος ὁ θβ τοῦ κβ, ὥστε εἶναι τὸν κβ παράμεσον. (p. 39.) ἀπέλαβον τῷ κβ ἴσον τὸν λκ καὶ γενήσεται ὁ λβ ὑπάτη βαρεῖα. ἔσονται ἄρα

1 τῇ διὰ. τ. M[5]N. 2 γβ] βγ W. ὑπάτων M[1]V, ὑπατῶν M[3]WN. 3 καὶ πάλιν W. διπλοῦς M[1]VW, διπλάσιος M[3]N. 4 τῇ MN, αὐτῇ W. 6 ad ὑπερβολαίων M[3?] in mg. νόει τὸ λεγόμενον ἐπὶ τοῦ ἐμμεταβόλου συστήματος, dein multa erasa. ad l. 11 idem νόει τὸ λ. ἐπὶ τοῦ ἀμεταβόλου συστ. et iterum multa erasa. ἔτεμον γὰρ M[5]N. τὸν MN, τὸ corr. ex τοῦ W. 11 ὁ ἄρα ὁ M[1]N. 14 τοῦ θβ W, τὸν θβ M[1]N. 16 παράμεσον MW, παραμέσην N.

P. 165, 1. ἑστῶτες ego. 3 hoc habet diagramma M[2] mg., sed παραμέση κ et νήτη συν. ζ perverse mutaverunt locos. bis illud repetit V nominibus non ascriptis, sed omittit bis λ, altero loco etiam η. WN omittunt figuram.

9 α ϑ η β
A (La) e (mi_2) e′ (mi_3)

14 α λ ϑ κ β
A H (si_1) e h (si_2)

εἰλημμένοι ἐν τῷ κανόνι πάντες οἱ ἑστῶτες *φθόγγοι τοῦ ἀμεταβόλου συστήματος.*

α λ γ ϑ δ κ ζ η ε β

προσλαμβ. | ὑπάτη ὑπ. | λιχ. ὑπ. διάτ. | ὑπάτη μέσ. | Μέση | παραμέση | νήτη συν. | νήτη διεζ. | νήτη ὑπβ.

20. *Λοιπὸν δὴ τοὺς φερομένους λαβεῖν.*

Ἔτεμον τὸν εβ *εἰς ὀκτὼ καὶ ἑνὶ αὐτῶν ἶσον ἔϑηκα τὸν* εμ, *ὥστε τὸν* μβ *τοῦ* εβ *γενέσϑαι ἐπόγδοον. καὶ πάλιν διελὼν τὸν* μβ *εἰς ὀκτὼ ἑνὶ αὐτῶν ἶσον ἔϑηκα τὸν* νμ· *τόνῳ ἄρα βαρύτερος ἔσται ὁ* νβ *τοῦ* βμ, *ὁ δὲ* μβ *τοῦ* βε, *ὥστε ἔσται μὲν ὁ* νβ *τρίτη ὑπερβολαίων, ὁ δὲ* μβ *ὑπερβολαίων διάτονος. ἔλαβον τοῦ* νβ *τρίτον μέρος καὶ ἔϑηκα τὸν* νξ, *ὥστε τὸν* ξβ *τοῦ* νβ *εἶναι ἐπίτριτον καὶ διὰ τεσσάρων συμφωνεῖν ἐπὶ τὴν βαρύτητα καὶ γενέσϑαι τὸν* ξβ *τρίτην διεζευγμένων. πάλιν τοῦ* ξβ *λαβὼν ἥμισυ μέρος ἔϑηκα τὸν* ξο, *ὥστε διὰ πέντε συμφωνεῖν τὸν* οβ *πρὸς τὸν* ξβ· *ὁ ἄρα* οβ *ἔσται παρυπάτη μέσων. καὶ τῷ* ξο *ἶσον ἔϑηκα τὸν* οπ, *ὥστε γενέσϑαι τὸν* πβ *παρυπάτην ὑπάτων. ἔλαβον δὴ τοῦ* βγ *τέταρτον μέρος τὸν* γρ, *ὥστε γενέσϑαι τὸν* ρβ *μέσων διάτονον.*

---

4 *δὴ* ego, *δεῖ* libri, cf. p. 34, 4. 5 *τὸν* W, *τὸ* MN. 6 *τὸν* MN, *τὸ* W. 9 inter *ὑπερβολαίων* et 17 *ὑπερβολαίων* interposita habet M[2] in mg. 10 *τοῦ* WM[2]N, *τὸν* M[1]. 11 *καὶ ἑνὶ αὐτῶν ἶσον* M[3]N, om. haec, habet *ἔϑηκα* M[1]V. *νξ*] *ξ* W. *τοῦ* νβ M[3], *τὸν* νβ M[1]V. 12 *καὶ* om. libri. 14 *ἶσον αὐτῷ* M[3] supra, *ἶσον αὐτῶν* N. 15 *ἄρα* o cum charta periit in W, item aliae litterae. 16 *τῷ* M[2] esc *τὸ*. 17 *τὸν*] *τὸ* W. *ὑπατῶν* W. *δὴ* cf. el. VII, 36 (II p. 262, 24 H). 18 *τὸν* W, *τὸ* MN. γο W. 19 *μέσον* MN.

α	⟨προσλαμβανόμενος⟩
λ	ὑπάτη ⟨ὑπάτων⟩
⟨π⟩	παρυπ. ⟨ὑπάτων⟩
γ	λιχανὸς ⟨ὑπάτων⟩
ϑ	ὑπάτη μέσων
ο	παρυπάτη μέσων
ϱ	λιχανὸς μέσων
δ	Μέση
ϰ	παραμέση
ξ	τρίτη διεζευγμένων
⟨ζ⟩	παρανήτη διεζευγμένων
η	νήτη διεζευγμένων
ν	τρίτη ὑπερβολαίων
μ	παρανήτη ὑπερβολαίων
ε	νήτη ὑπερβολαίων
β	

Descriptum hoc est diagramma manu 2 in imo margine fol. 16ᵛ cod. M. litteras *π* et *ζ* librarius omisit, reliqua quae uncinis ⟨ ⟩ inclusi perierunt cum margine membranae. Alterum est diagramma in summo margine eiusdem folii neglegenter descriptum, litterarum ordo hic: *α λ γ ϑ δ ϱ ϰ ϰ η ε μ ν ξ ο π β*, sonorum nomina non addita. utramque repetit figuram V omissis tamen sonorum nominibus. similem canonem sine nominibus exhibent N et Vat. 221, litterae sunt in utroque: *α λ γ ϑ ϱ π δ ϰ ο ζ η ξ ε β*. W nullam habet canonis figuram.

Addit M[1] *εὐκλείδου κανόνος κατατομή ζώσιμος διώρϑου ἐν κωνσταντινουπόλει εὐτυχῶς*; eadem U, Lips. Bonon. 2048, Monac. Urbin 77. Schol. N[2] rubro colore: *Κλεονείδου εἰσαγωγὴ ἁρμονικὴ τέλος. φύλλα ιδ.* carent titulo subscripto RVBBerol.

IV.

CLEONIDIS ISAGOGE.

Diapason comprehendere minus sex tonos affirmat Euclides pr. 14, sex tonorum esse ait hic auctor cap. 8; item de intervalli dia tessaron magnitudine inter se dissentiunt. quae cum ita sint, iam Arabum homines docti negarunt Euclidis hanc esse isagogen (cf. Heiberg, Litterargeschichtliche Studien p. 9), et Hugo Grotius adulescens in annotationibus scriptis ad Martiani Capellae satyricon p. 316 patris sagacitatem laudat, qua haec non esse Euclidis odoratus sit.[1] codices autem manuscriptos ubi respexeris, non magnae auctoritatis invenies esse illos libros, qui Euclidis nomen commendent. nam in W nullum praescriptum est auctoris nomen; in M aliud olim nomen inscriptum erat, exstinctum nunc est rasura tam forti, ut in folii parte aversa (pag. 2) multae litterae delerentur; hac demum litura facta atro colore impositus est titulus Euclidis. aliter res se habere videtur in fine libelli. ibi enim in M exstat:

προφορὰν τῆς φωνῆς. διάγραμμα
δὲ σχῆμα ἐπίπεδον τὰς τῶν
μελῳδουμένων περιέχον δυνάμεις
εἰσαγωγὴ ἁρμονικὴ εὐκλείδου.
δύναμις δὲ ἔστι τάξις φθόγγου ἐν κτλ.

---

1 E recentioribus de isagoges auctore agit Caesar, die Grundzüge der gr. Rhythmik. (Marburg 1861) p. 27.

Perfossa autem sunt verba εἰσαγωγὴ ἁρμ. εὐκλ. arcusque eadem manu ductus indicat coniungenda esse quae antecedunt et quae sequuntur. in fine igitur isagoges nomen Euclidis ab initio scriptum fuit. Nam libelli argumentum qui bene intellexit, concedit finem huius artis aliquando fuisse προφορὰν τῆς φωνῆς (qui etiam nunc est finis in cod. Vat. 1341), postea librarium quendam addidisse scholia, quibus διάγραμμα definiretur et δύναμις; atque haec quo melius coniungerentur, arcu illo indicavit cohaerere definitiones mittendumque titulum Euclidis. fuit igitur hic titulus prima manu scriptus in M, fuitque idem isagogae subscriptus in W, postea in utroque deletus est. tamen cave hinc quidquam de vero libelli auctore concludas; potuit enim ille titulus ab eo qui scripsit referri ad libellum qui sequebatur. ac sequi solet in codicibus Sectio canonis, quam ab ipso Euclide scriptam esse apparet. cuius protases cum pag. 150 incipiant, pars quae praecedit (de natura soni pag. 148) Euclidis introductio bene vereque dici potuit. ad praemissum autem libellum (ἁρμονική ἐστιν ἐπιστήμη) hoc nomen non fuit referendum. iam cum in V, qui codex antiquo tempore ex M est transscriptus, tituli et primae litterae deesse soleant, ac ne W quidem isagogen ullo titulo ornaverit, optimus quisque liber manuscriptus de huius auctoris nomine tacet et res venit ad codices deteriores. ex variis autem lectionibus quas attuli vides unam codicum familiam prae se ferre nomen Cleonidis[1],

---

1 Cod. Neap. III C 2 inde a fol. 55 isagogen continet inscripto titulo Κλεονείδου, eundem tit. fol. 67 ad sectionis finem addit. hunc titulum et Barb. inde ab isagoges initio usque

aliam Pappi[1], accedere qui Zosimi dicant vel Anonymo libellum vindicent. iam ut taceam de Zosimi nomine quod ex subscriptione ortum esse apparet[2], quis nescit Pappum Alexandrinum fuisse hominem mathematicum? Ptolemaei ille libros mathematicos et astrologicos interpretatus est, harmonica etiam commentario instruxisse creditur (v. supra p. 116 an.), hanc Aristoxeni doctrinam a numerorum calculis abhorrentem amplexum esse nego. contrarie res se habet Cleonidis. nam in Aristoxeni codice aliquo Lugdunensi Vossiano saec. XVI ad multos artis harmonicae locos notae huiusmodi ascriptae sunt: *Κλεονιδ*: *σελ.* α *στιχ.* ιγ. (Marquard Aristox. p. 392.) quas notas referendas esse apparet ad artem aliquam sive doctrinam, cuius loci eadem continuerint ac laudati illi loci Aristoxeniani. in ordinem autem ubi redegisti et cum hac introductione comparasti[3], fere omnia invenis ita instituta et disposita ibi fuisse, ut disposita sint in hoc ipso libello. egit enim vetus ille Cleonides:

---

ad sectionis finem omnibus paginis fol. 311—325 inscribit. Riccardianus habet *Κλεονίδου*, etiam Par. 2535 delet ε quod ab initio habebat. adde Vat. 221, Bonon. 2432.

1 Ad Theonis synopsin adiungunt isagogen inscriptam *ἐκ τῶν τοῦ Πάππου*: N (fol. 16), B (fol. 300), Urb. 77, Par. 2460, unde Cramer „anecdoton" hausit. hi omnes isagogen bis continent. Hamburgensis quoque, Barberini socius (non filius) fidelissimus, nullo titulo inscripto isagogen annectit ad Theonis synopsin. nescio, quid praecedat in Vat. 671, in quo Possevinus Pappi nomen invenisse videtur (cf. Meib. proll.).

2 Zosimi nomen in Madr. N 48 eo referendum est, quod MUL Bon. 2048 Urb. 77 Mon. 104 in fine sectionis habent Z. *διώρθου*, i. e. Z. manuscripti contextum in ordinem redegit.

3 Ita ego comparavi libellos in annali programmate scholae Landsbergensis 1870 p. 13.

a. 1, 6 de sono (ut haec isagoge c. 1)
b. 1, 7 de intervallo „ „
c. 1, 13 de duplici vocis motu (c. 2)
d. 1, 21 de sonorum tensione (τάσι) (c. 2)
[1, 22 de systemate].
e. 1, 23 de intentione remissione, acumine gravitate (c. 2).
f. 1, 30 de sonorum ambitu (διάτασις) (c. 2)
g. 1, 31 de generibus (is. c. 3.)

sequuntur:

i. 6, 20 intervallorum dissimilitudines (is. c. 5)
k. 6, 23 intervallorum fines extremi (is. c. 5)
l. 7, 3 intervallorum consonantia (is. c. 5)
m. 8, 15 lichanorum spatium (is. c. 6. 7)
n. 8, 26 tetrachordorum 6 divisiones (is. c. 6. 7)
o. 9, 2 diesis enarmonica, chromatica (is. c. 6. 7)
p. 10, 7 systematum dissimilitudines (c. 8).
q. 15, 24 melodiae gradus, τὸ ἑξῆς.
r. 23, 20 toni intervallum.
s. 26, 24 dissona intervalla e consonis invenienda.

Perditum illum libellum facile vides primis VIII capitibus huius isagogae accurate respondisse. nam initium factum est a definitionibus illis capitis I, secutae sunt materiae capitis II;[1] et quamvis mirum sit, quod de generibus iam in cap. III agatur, hac quoque in re illi libri consentiunt. nihil quidem citatur e Cleonidis illius p. 2—5; sed silentii causam statim intelleges,

---

1 Haud multum invenimus de diatasi in isagoga nostra, vetus illa ars plus disseruisse videtur de hac re, quam tractari iubet Aristoxenus in principiis § 6, p. 3, 34 Mb. et tractat § 33 p. 14.

ubi videris ibi sonorum ordines fuisse enumeratos, qui cum in Aristoxeno non exstarent, in codice Lugdunensi citari non potuerunt. in pag. 6—7 veterem illum praeceptorem egisse videmus de intervallis, ita ut quae sub *i* et *l* notata sint, facile in isagoga inveniamus. etiam quae sub *m* et *n* citantur, accuratissime isagogae p. 189, et 190 respondent, nec deest quod respondere videatur ad *o*; et cum de generum et chroarum sex formis libelli consentiant, artissime concedes inter se ligatos. concinunt etiam in systematum doctrina et eo quod capitis initium fit a septem illorum formis diversis. en quam multis rebus libelli inter se concordent. nec puto turbari concordiam loco illo de systemate inter *d* et *e* imposito; adeo enim hoc ab omni materiae dispositione abhorret, ut facere non possimus quin numeros istos falsos dicamus et depravatos. reliquis in rebus materiae ordo optime servatus est, ut exstitisse quondam de musica libellum ad Aristoxeni voluntatem a Cleonĭde scriptum et huic isagogae simillimum nemo negare possit. ex ultimis autem isagoges paginis quod apud Cleonidem antiquum nihil legitur, id non huic crimini dandum est, sed inopiae Aristoxeneorum fragmentorum, quae de symphoniarum schematis, de duorum diapason perfecto systemate, de tredecim tonis sive systematibus, de variis mutationum formis nihil continent. — quid igitur? dicamusne numeris Lugdunensi codici adscriptis significari locos ipsius huius introductionis? hoc ego nolo contendere. res enim sub *f* et *k* in codice designatas concedo a nostra introductione discrepare et partes *q*—*s* hic desiderari. non hanc isagogen ille librarius citavit,

sed pleniorem librum habuit, e quo isagoge nostra videtur excerpta.

Iam quicunque reputaverit exstitisse aliquando in Marciani codicis prima pagina nomen aliud atque Euclidis, nunc Cleonidis nomen exstare in N; is facile concedet idem nomen olim et in Marciano exsistere potuisse. plurima enim N ex M hausit, paucissima aliunde videtur petivisse. ita cum librorum condicio cum rerum ipsarum natura conspiret, idemque nomen et isagoges bono codice et Lugdunensibus excerptis commendetur, retineamus auctoris nomen quod iam qui primus edidit huic libello inscripsit. quamquam excerptus fortasse inque formam breviorem liber redactus est, ac differt nominis forma nunc ĭ nunc *ei* scripta: probabilius tamen habemus auctoris nomen, quam ut omni nomine isagogen destituamus. nec contra nominis huius auctoritatem id pugnat, quod obscurum videtur paucisque cognitum; nam qui ex suo ingenio libello nomen fingit, is clarum eligit et nobile, sicut fuit nomen Euclidis; hoc Cleonidis nomen qui scripsit, qua alia causa commotus scripsisse putetur nisi veritatis? in M autem is homo doctus nomen videtur correxisse, qui codicem U *βιβλίον* praedicavit *ἄριστον καὶ δυσεύρετον*. Bessario puto, codicis U copia et specie occaecatus, cum multa in vetere M mutari iussit tum hoc veri auctoris nomen.

Hanc isagogen primus latine edidit Georgius Valla Venetiis 1498, qui codice usus Neapolitano III C 2 (ubi nomen Vallae scriptum legi) titulum inscripsit Cleonidae. Pena Dasypodius Herigonius ab Euclide

isagogen scriptam rati coniunxerunt cum canonis sectione. etiam 'Possevinus in Bibliothecae selectae II 260 dicit se ex Vaticanae bibliothecae ac Fulvii Ursini manuscriptis codd. edere Euclidis musicam.' Meib. ad Ar. Qu. 208. 'at ibidem paulo post et p. 257 opinatur hanc introductionem harmonicam potius tribuendam esse Pappo Alexandrino'. auctus autem erat variis locis eius textus verbis, quae apud Aristidem vel Bryennium invenimus, iisdemque sententiis aucta est isagoge in Vulcani codice Lugdunensi. in his scholiis cum insit sententia *λόγον δέ φημι τὴν πρὸς ἄλληλα κατὰ ἀριθμὸν σχέσιν* (ad c. 4 fin.), vides ab introductionis auctore haec esse aliena. Meibomius iisdem codicibus nisus, quos ad sectionem edendam adhibuit, Euclidis nomen inscripsit, quamquam Vulcani codex, cui maxime fidebat, exhibuit *Ἀνωνύμου εἰσαγωγὴ ἁρμονική*. Pappi isagogen tanquam ineditam J. A. Cramer anno 1839 publicavit in anecdotis Parisinis I p. 47. de Ruelli versione gallica v. proll. ad Euclidem.

Consentiunt autem libri manuscripti ut in titulo, ita in verborum contextu. qui enim Cleonidem auctorem ferunt, Neap. Barb. Ricc. Par., ii omnes exhibent in c. 1 *θεωρητική τε*, omittunt Meibomi *ἐστιν*, enumerant *π. γενῶν*, *π. μελοποιίας*, *π. συστήμ.*, in c. 2 habent *τετᾶσθαι* NBP, in c. 3 *εἰσὶν οἱ μὲν ἐν τῷ διατόνῳ γένει* omnes, in exitu cap. 4 omnes habent sonos et chromaticos et (NBP) diatonos, etiam qui absunt a M, in c. 6 (p. 189, 16) NBP omittunt duas lineas, ut a *χρώματος* in alterum *χρώματος* saliant, habent *παρυπάτη ἐν διισαίῳ* ib. 21 NBP, dein *τὸ δὲ ἡμιόλιον καὶ δίεσιν*

ὁμοιολίαν (ita N^1 P, *ἡμιολίαν* N^2BR p. 191, 1), et ib. 3 omnes habent *ἀσύνθετον καὶ διάστημα*, 192, 12 *δείκνυται δὲ καὶ ἐν ἀριθμῷ* et quod maximum valet, habent in c. 13 NBP *τούτων δ' ἐμμελεῖς μὲν αἵ τε κατὰ σύμφωνα γινόμενα διαστήματα καὶ τονιαῖα κτλ.* quae omittit M. in Riccardiano autem codice, qui aliquot locis discrepare videbatur, Herweerden invenit post titulum *Κλεονίδου εἰσαγωγὴ ἁρμονική* verba *οὗ ἡ ἀρχή*, quae exstant in Neapolitano Vallae. — Item qui *ἐκ τῶν τοῦ Πάππου* isagogen inscribunt et qui ad Theonis synopsin hunc libellum iungunt (Hamburgensem dico, qui Pappi nomen omittit) non in initio solum quod omittunt prooemium, sed in universo sermonis contextu inter se consentiunt. ex hac ego familia satis habui enumerare lectiones codicis Barb. fol. 300, **B** signans, ubi cum uno vel duobus aliis conspirat, B scribens, ubi propriam habet lectionem. multa autem his Cleonidis et Pappi familiis communia sunt et inter eas et cum M.

Multis tamen in rebus hinc recedit lectio vulgata eorum librorum, qui Euclidem ferunt isagogae auctorem. horum diligenter excussi sunt Lipsiensis Monacensis Paris. 2456; Meibomius lectiones affert e Coventriensi et Barocciano, partes ego inspexi ex U (Ven. 322) et Bononiensi. hanc familiam agnoveris e verbis *τάξιν τῶν συγκειμένων ἔχον*, e septem partium vero ordine, ex Meibomi *τεθεῖται* in c. 2, *τὰς δὲ διαστάσεις μεταβάσεις* et ex glossis, quas mox enumerabo.

In eligendis lectionibus plurimum tribuendum erat vetustis libris MW. quamquam *W* (i. e. Vat. 191 fol. 397) in primis capitibus multa habet communia cum

UL, quae erant reicienda, inde a c. 9 (p. 13 M) mutato ut videtur fonte propius accedit ad M. ex M^2 scito fluxisse lectiones V(aticani 191 fol. 292). manus autem altera cum nihil fere mutaverit in isagoga, ex V concludes, quae olim habuerit M^1. ex M^3 transscriptus videtur N(eapolitanus III C; 2 f. 55), hic ubicumque consentit cum Marciani correctione a Vat. et U aliena, signavi M^3.

Quae autem in M correcta sunt ad exempla lectionum vulgarium, ea signavi M^4. et cum vilium lectionum contemptione seductus ex U omnia enotare Venetiis neglexissem, in apparatum substitui L(ips. 25), Marciani U filium et socium fidelissimum.

Omnium autem codicum lectiones ex uno fonte olim derivatas esse suspiceris, ubi adspexeris glossemata, quae irrepserunt in omnes librorum familias. ut in c. 2 *ἀμφοῖν γὰρ* illud *γάρ* nisi ex aucto contextu codicis W non intellegitur. et consonas voces m i s c e r i nec Aristoxenus docuit, nec huius isagoges auctor videtur docuisse. habes p. 187, 20 glossam, cuius pars irrepsit et in optimos libros. nec puto, quot essent consonantiae in synemmenon systemate, ab initio scriptum fuisse in hac isagoga. partes enim habent huius rei MW sub finem cap. 8, non habent plenam sententiam, nec opus fuit haec addere. et symphoniarum formae quae sint in genere diatono, in c. 9 (p. 14 et 16 M) tam male explicatur tantisque mendis locus laborat, ut intrusum putem ab homine Aristoxenianae doctrinae nimis studioso, qui non contentus, quod barypycnis mesopycnis similibus sonis illae species finirentur, nixusque eo, quod pycnum proprie

in genere diatono non exsisteret, addiderit, qua re illae species discernerentur in hoc genere (cf. quae inculcantur in Bacchium § 25). et illud $3 \cdot 7 = 21$ apertum est glossematis indicium, quod L eiusque propinqui non agnoscunt. tamen noli putare hos quos vulgatos dico codices (U, Mon. 104, Baroc. al.) multis in locis praeferendos esse reliquis. immo illuc plura sunt intrusa, ut *διαστάσεις* illud in c. 2, *τριημιτόνιον* et *δίεσις* in 5, *ἀπαθοῦς ὄντος* in 11, praecipue quinta illa et sexta symphonia in systemate synemmenon c. 8.

[ΚΛΕΟΝΕΙΔΟΥ]

Εἰσαγωγὴ ἁρμονική.

1. *Ἁρμονική ἐστιν ἐπιστήμη θεωρητική τε καὶ πρακτικὴ τῆς τοῦ ἡρμοσμένου φύσεως. ἡρμοσμένον δὲ τὸ ἐκ φθόγγων τε καὶ διαστημάτων ποιὰν τάξιν ἐχόντων συγκείμενον. μέρη δὲ αὐτῆς ἐστιν ἑπτά· περὶ φθόγγων, περὶ διαστημάτων, περὶ γενῶν, περὶ συστήματος, περὶ τόνου, περὶ μεταβολῆς, περὶ μελοποιΐας.*

Φθόγγος μὲν οὖν ἐστι φωνῆς πτῶσις ἐμμελὴς ἐπὶ μίαν τάσιν.

Διάστημα δὲ τὸ περιεχόμενον ὑπὸ δύο φθόγγων ἀνομοίων ὀξύτητι καὶ βαρύτητι.

Κλεονείδου εἰ. ἁρ. N fol. 55 (cum Par. 2535, B fol. 311, Vat. 221, Riccard., Bonon. 2432). *Εὐκλείδου εἰ. ἁρ.* M^4 in ras. L (U. Bon. 2048. Vat. 1341. 1346. Urb. 77^a. Regin. 94. Mon. 104. Berol. Phil. 1552. Par. 2456. 2457. 2460^a. suppl. 449. Escor. Φ 2, 5. X 1, 12. — Barocc). *Ἐκ τῶν τοῦ Πάππου* B (fol. 300) cum N fol. 16. Par. Crameri 2460 (f. 52). Vat. 221. 671. Urb. 77^b. *Ζωσίμου* Madridensis N. 48. *Ἀνωνύμου* cod. Vulc. rasura in M^1. titulum omittunt VW^{1}H^1.

